This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

BREVIARIUM
NAGRAMMATICU

REV. WALTER BEGLEY

[illegible]

8s 6d

MPR 2.

[illegible] 1927 - 6x1.

BREVIARIUM ANAGRAMMATICUM

BREVIARIUM ANAGRAMMATICUM

THE LATIN HYMNS OF THE BREVIARY AND OTHER FAMOUS LATIN HYMNS OF THE EARLY CHURCH TURNED INTO METRICAL ANAGRAMS. ALSO SOME OF THE OFFICES OF THE LATIN CHURCH TRANSMUTED INTO PURE ANAGRAMS IN PROSE AND IN VERSE; TOGETHER WITH THE LIVES OF MANY FAMOUS SAINTS SIMILARLY TREATED; COLLECTED FROM VERY RARE BOOKS AND MSS. NOT ACCESSIBLE FOR THE MOST PART IN THIS COUNTRY, AND SOME OF WHICH ARE UNIQUE

BY THE

REV. WALTER BEGLEY

EDITOR OF MILTON'S "NOVA SOLYMA"
AND AUTHOR OF
"IS IT SHAKESPEARE?" "BIBLIA CABALISTICA," "BIBLIA ANAGRAMMATICA"
ETC. ETC.

PRIVATELY PRINTED FOR THE AUTHOR
1906

ML 199.06
*

HARVARD COLLEGE LIBRARY
TREAT FUND
Aug 3, 1933

PRINTED AND BOUND BY
HAZELL, WATSON AND VINEY, LD.,
LONDON AND AYLESBURY.

PREFACE

THE chief object of this book is to collect together in one volume certain remarkable literary curios which otherwise the lovers of such things would never have been able to see or even hear of. I do not expect my readers to be many, and therefore I have only printed a small edition; but I hope my audience will be—to use Milton's words—"Fit tho' few." There is no need here to make any discourse on the rise and use of such extraordinary literary trifles as are here brought to notice, for I have already explained matters at some length in my former works. But to show the rarity of what is here presented to the reader, I would mention a circumstance connected with the learned Jesuit who fills perhaps the most conspicuous place in the following pages. His name is Laurentius Baptista, and you may look for that name in vain in the huge Bibliography of the Jesuit Order compiled with such care by the Brothers Bäcker, first in their Liège edition, and afterwards in the three huge folio volumes of their enlarged work, which for some years was the largest Bibliography in existence of any Religious Order. It is only recently, in the still more immense third edition, increased by the help of Sommervogel, that Baptista's name appears at all, and then only in a two or three lined title of one only out of his many works—and even this the editor had obviously not seen. But enough about the

rarity of the books I have collected together here: it will be obvious to every one with the least knowledge of Bibliography.

For further information on the subject of Anagrams and their authors, I must refer my readers, as I hinted just now, to my previous works on the subject. I cannot conclude without calling special attention to the very fine Anagrammatic Prayers during the celebration of the Mass. There seems every probability that they would have been entirely lost had they not, by a fortunate circumstance, come into my possession in the only copy which is known. This copy originally belonged to the famous Bibliographer and Bibliophile M. Renier Chalon, of Brussels. Some years ago I called upon him on purpose to see his little treasure; he brought it to me from his library, and explained that after great research he had neither met with nor heard of another copy. When he died his library auction catalogue was very carelessly drawn up, and this little book was put in with a lot of others, and I purchased it through a bookseller at the sale. It was published in paper covers originally, and was not so big as the penny edition of *Hymns Ancient and Modern*, whence we can understand how all the copies have disappeared. I need hardly say it has now a beautiful morocco jacket, finely tooled.

CONTENTS

	PAGE
Famous Hymns of the Church	1
Psalms and Canticles from the Breviary and the Lord's Prayer	39
Hymns and Offices of the Latin Church	83
Prayers while saying Mass, and Some other Prayers turned into Pure Anagrams	131
Lives of the Saints in Metrical Anagrams	167
Bibliography	187

FAMOUS HYMNS OF THE CHURCH.

INDEX

1. St. Casimir's Hymn.

2, 3. St. Bernard's Hymn.

4. "Stabat Mater."

5. "Quem Terra, Pontus, Sidera."

6, 7. Hymns to S. Wenceslas.

8. "Veni Creator Spiritus."

9, 10. The Angelical Salutation.

11. "Ave Maris Stella," in three Anagrams.

12. The "O! Gloriosa Virginum."

13. The "Alma Redemptoris."

14. The "Regina Cæli, Alleluja."

FAMOUS HYMNS OF THE CHURCH

PROGRAMMA.

HYMNUS

DE

B. V. MARIA,

Quem S. Casimirus Regis Poloniæ Filius composuit,
& quotidie recitare solitus fuit.

[PROGRAMMA.]

Omni die, dic MARIÆ
  Mea laudes anima,
Ejus festa, ejus gesta,
  Cole devotissima.
Contemplare, et mirare
  Ejus celsitudinem,
Dic felicem Genitricem,
  Dic Beatam Virginem.
Ipsam cole, ut de mole
  Criminum te liberet,
Hanc appella, nè procella
  Vitiorum superet.
Hæc Persona nobis dona
  Contulit cælestia,
Hæc Regina nos divinâ
  Illustravit gratiâ.

Lingua mea dic trophæa
  Virginis Puerperæ,
Quæ inflictum maledictum
  Miro transfert germine,
Sinè fine dic Reginæ
  Mundi, laudum cantica,
Ejus bona semper sona,
  Semper illa prædica.
Omnes mei sensus ei
  Personate gloriam,
Frequentate tam beatæ
  Virginis memoriam.
Nullus certè tam disertæ
  Extat eloquentiæ,
Qui condignos promat hymnos
  Ejus excellentiæ.

Omnes laudent unde gaudent,
  Matrem DEI Virginem,
Nullus fingat quod attingat
  Ejus celsitudinem.
Sed necesse (quod prodesse
  Piis constat mentibus)
Ut intendam quod impendam
  Me ipsius laudibus.
Quamvis sciam, quòd MARIAM
  Nemo dignè prædicet,
Tamen vanus et insanus
  Est, qui illam reticet.
Cujus vita erudita
  Disciplina cælicâ,
Argumenta et figmenta
  Destruxit hæretica.
Hujus mores tanquam flores
  Exornant Ecclesiam,
Actiones et sermones
  Miram præstant gratiam.
Evæ crimen nobis limen
  Paradisi clauserat,
Hæc cum credit et obedit,
  Cæli claustra reserat.
Propter Evam homo sævam
  Accepit sententiam,
Per MARIAM habet viam,
  Quæ ducit ad patriam.
Hæc amanda et laudanda
  Cunctis specialiter,
Venerari, prædicari
  Eam decet jugiter.
Ipsa donet, ut, quod monet
  Natus ejus, faciam,
Ut finitâ carnis vitâ
  Lætus hunc aspiciam.

O cunctarum fœminarum
  Decus atque gloria!
Quam electam et evectam
  Scimus super omnia.
Clemens audi, tuæ laudi
  Quos instantes conspicis,
Munda reos et fac eos
  Donis dignos cælicis,
Virga Jesse, spes oppressæ
  Mentis et refugium,
Decus Mundi, lux profundi,
  Domini Sacrarium.
Vitæ forma, morum norma,
  Plenitudo gratiæ,
DEI templum et exemplum
  Totius justitiæ.
Virgo salve, per quam valvæ
  Cæli patent miseris,
Quem non flexit, nec allexit
  Fraus serpentis veteris.
Generosa et formosa
  David Regis Filia,
Quam elegit Rex, qui regit
  Et creavit omnia.
Gemma decens, rosa recens,
  Castitatis lilium,
Castum chorum ad polorum
  Quæ perducis gaudium.
Actionis et sermonis
  Facultatem tribue,
Ut tuorum meritorum
  Laudes promam strenuè.
Opto nimis ut imprimis
  Des mihi memoriam,
Ut decenter et frequenter
  Tuam cantem gloriam.

Quamvis muta et polluta
  Mea sciam labia,
Præsumendum, nec silendum
  Est de tua gloria.
Virgo gaude, omni laude
  Digna et præconio,
Quæ damnatis libertatis
  Facta est occasio.
Semper munda et fœcunda
  Virgo tu Puerpera,
Mater alma, velut palma
  Florens, et fructifera.
Ejus flore et odore
  Recreari cupimus.
Cujus Fructu nos à luctu
  Liberari credimus.
Pulchra tota sinè nota
  Cujuscunque maculæ,
Fac nos mundos et jucundos
  Te laudare sedulè.
O beata, per quam data
  Nova mundo gaudia,
Et aperta fide certâ
  Regna sunt cælestia.
Per te Mundus lætabundus
  Novo fulget lumine,
Antiquarum tenebrarum
  Exutus caligine.
Nunc potentes sunt egentes,
  Sicut olim dixeras,
Et egeni fiunt pleni,
  Ut tu prophetaveras.
Per te morum nunc pravorum
  Relinquuntur devia,
Doctrinarum perversarum
  Pulsa sunt præstigia

Mundi luxus atque fluxus
  Docuisti spernere,
DEUM quæri carnem teri,
  Vitiis resistere
Mentis cursum tendi sursum
  Pietatis studio,
Corpus angi motus frangi
  Pro cælesti præmio.
Tu portâsti inter casti
  Ventris claustra Dominum
Redemptorem ad honorem
  Nos reformans pristinum.
Mater facta, sed intacta
  Genuisti Filium,
Regem Regum atque rerum
  Creatorem omnium,
Benedicta per quam victa
  Hostis est astutia,
Destitutis spe salutis
  Datur indulgentia.
Benedictus Rex invictus,
  Cujus Mater crederis,
Increatus ex te natus,
  Nostri salus generis.
Reparatrix, consolatrix
  Desperantis animæ,
A pressura, quæ ventura
  Malis est, nos redime,
Pro me pete, ut quiete
  Sempiternâ perfruar,
Nè tormentis comburentis
  Stagni miser obruar.
Quod requiro, quod suspiro,
  Mea sana vulnera,
Et da menti te poscenti
  Gratiarum munera.

Ut sim castus et modestus,
Dulcis, blandus, sobrius,
Pius, rectus, circumspectus,
Simultatis nescius.
Eruditus et munitus
Divinis eloquiis,
Timoratus et ornatus
Sacris exercitiis
Constans, gravis et suavis,
Benignus, amabilis,
Simplex, purus et maturus,
Patiens et humilis,
Corde prudens, ore studens
Veritatem dicere,
Malum nolens, DEUM colens
Pio semper opere,
Esto tutrix et adjutrix
Christiani populi,
Pacem præsta, nè molesta
Nos perturbent sæculi.
Salutaris Stella maris
Summis digna laudibus,
Quæ præcellis cunctis stellis,
Atque luminaribus.
Tuâ dulci prece fulci
Supplices et refove,
Quidquid gravat vel depravat
Mentes nostras, remove.
Virgo gaude, quòd de fraude
Dæmonum nos liberas,
Dum in vera, et sincera
Carne DEUM generas.

Illibata et ditata
Cælesti progenie,
Gravidata nec privata
Flore pudicitiæ.
Nam quod eras, perseveras,
Dum intacta generas,
Illum tractans atque lactans,
Per quam facta fueras.
Commendare me dignare
Christo tuo Filio.
Ut non cadam sed evadam
De mundi naufragio.
Fac me mitem, pelle litem,
Compesce lasciviam,
Contra crimen da munimen,
Et mentis constantiam.
Non me liget, nec fatiget
Sæculi cupiditas,
Quæ indurat, et obscurat
Mentes sibi subditas.
Nunquam ira, nunquam dira
Me vincat elatio,
Quæ multorum fit malorum
Frequenter occasio.
Ora DEUM ut cor meum
Suâ servet gratiâ,
Nè antiquus inimicus
Seminet zizania.
Da levamen, et juvamen
Tuum illis jugiter,
Tua festa, sive gesta
Qui colunt alacriter.

Anagramma

MARIÆ.

DeI paræ In Monte sanCto aVgVstè eXaltatæ;
. . . . . . 16 Chronograms.
eX hVMILItate pro Dono saCratVr.

Anagramma

qVo arCana MysterIa DeI paræ expLanantVr.
eXVLtate, et aDorate In Monte sancCto eIVs.
Ps. xcv.

[Anagramma.]

(1) O Sol magne soli, nullius conscia labis,
Lunaque perpetuæ conscia lucis ave!
O Sol Divinâ rutilescens luce MARIA,
Luna, tuâ nunquam deficiente face!
Ulla, tuæ vitæ cursu, te eclipsis an anxit?
An rutilum ulla tuum condidit umbra caput?
(2) Primus Conceptus te Solem labe vacantem,
Te Lunam, plenam perpete luce, tulit;
Te momenta dein magè fulgere singula Solem
Vidêre, et Lunam majus habere decus.
Quidquid cælicolis Numen partiverat astris,
Uni, Virgo Parens, fecit inesse tibi;
Angelicum quidquid, divinum quidquid adornat
(3) Astricolas omnes, Nata Virago, tenes.
Omnia cara, reor, tibi mente charismata fulgent,
Plenum in te Charitum lumine, lumen inest.
Post Numen, quidquid purum concepero mente,
Diva, tuum certè nîl erit ante decus
Omnia pura tibi, nitidissima Gloria mundi,
Cedunt; solus opus stat DEUS ante tuum.

(4) Primula delicias quas Præsentata Tonanti
Adfers ! delicias quas quoque Virgo refers !
Ecce venustatis tua grandem forma voluptam
Excitat in cælo, suscitat inque solo.
Imò tuus venter cælestibus orbibus extat
Auctior, et supero puriùs Axe nitet.
In te quod specto, famulo suspecto stupore,
Quod spectat, dudum suspicit ipse Polus :
(5) Quin Polus affirmat te totam Numine plenam,
E Charitum cultu dum tibi mittit Ave ;
Ad te sidereo sese DEUS Axe supinat ;
Vix dicis : Fiat ; fit DEUS ipsus, Homo.
Verbo Virgo potens ! verbo trahis æthere Verbum,
Quo dicto, ipse tibi mox DEUS Hospes inest.
O verbi vehemens vis ! rara potentia vocis !
Voce creatus eras, nunc recrearis Homo.
(6) At tu plena DEO Virgo, Matérque Tonantis,
Curris ad Agnatæ, per juga, tecta tuæ.
Ventre tuo plaudit DEUS Infans ; plaudit et Infans
Ioannes ; prægnans utraque Mater ovat
Virginei felix uteri, et peramabile claustrum,
Quo, veluti cælo, clauditur ipse DEUS.
Parthenii ventris DEUS incola, mense noveno,
Carne paludatus deliciatur Homo.
(7) Dum prodit liquidam tandem generatus in auram,
Stringitur in dextrâ Virgine Numen Homo
Plaudunt tot Superi mellitâ voce Phonasci,
Dum gerulæ Matri carmina blanda cient.
(8) Legifer ut legem nutu reverente coronet,
Circumcisus hiat vulnere Numen Homo.
(9) Post paulò colitur Nabathæâ ab Regibus orâ
Appulsis, dignum munere Numen Homo ;
Et colitur Virgo Mater, recreata serenis
Nati luminibus, sorte bonaque sui.
Turbo quàm subitus lætissima tempora turbat,
(10) Invectatque tibi, Diva Virago, fugam !

Nec frustrà in Templo tibi vaticinatio facta,
    Quod dispungetur triste cor ense tuum.
Heû! fuge cum Nato Mater, fuge; dirior armat
    In Nati jugulum Prædo mucrone manus.
Ægypti pete rura, redux non inde reverte,
    Donec decedat turbo, minaxque furor.
Id tamen ad laudem grandem tibi cedit acervum,
    Quòd sit, Diva, tibi subditus ipse DEUS;
E nutu pendere tuo, putat esse voluptam,
    Esse tuam comitem, te comitem esse suam.
(11) O Virgo fœcunda! Parens castissima Virgo!
    Quin et virginior virgine Virgo Parens!
Te quanto gustu Natus, solamine quanto
    Afflat! quando illum rara juventus polit,
(12) Annis crescenti semper Sapientia crescit,
    Crescenti crescens gratia nexa viret;
(13) Dum Præco cælum facundo prædicat ore,
    Dum tracti populi mox grege densat agros,
Mœnia dum visit, mentemque animumque piorum
    Municipum, tractu dexteriore capit,
Illis cum sociis deserta quieta revisit;
    Istos rarâ escâ, cælite voce, fovet:
Vox est esca; sapor facundè oratio dulcis;
    Est potus turmæ, mira loquela, piæ;
Melle magis dulcis stat conversatio IESV;
    Terricolis istud nectar, et esca sapit.
Dum successum illum Nati, dulci excipis aure,
    Afficiunt pectus gaudia quanta tuum!
(14) Contrà, tristitiæ quàm densè mente steterunt,
    Dum pungens mucro pectoris ima fidit!
Iste fuit sævâ septemplex cuspide mucro,
    Quem Nati exacuit carnificina tui;
Vulnera nam IESVM quæ discruciantia pungunt,
    Et mentem pungunt, Mater amata, tuam.
Crux IESV, tua crux; mors IESV, mellea Mater,
    Est tua Mors; quod agit Natus, agesque Parens;

Quod patitur Natus, pateris quoque Mater amata;
Sors in triste genus stragis, utrumque rapit.
(15) Sed postquam clarent redivivi gaudia Nati,
Maternis clarent germina læta genis.
(16) Ipsa serenantur cordis penetralia Matri;
In Matrem spargit Filius ipse diem.
Sic lacrimæ risus, lamento gaudia, primis
Respondent plausus, pensa serena, malis,
Et certè Mater momenta serena merêre,
Lætitiæ certè mente merêre diem.
Quæ segetem luctûs, illisâ mente, metebas,
Mente hilarem segetem, messe frequente, metis.
(17) Tres sexagenos supra, dum transigis annos,
Ferris in igniferam, Mater, in astra plagam.
(Illimis minimo sine crimine Virginis, artus
Supra se Angelicæ deposuere manus)
O Virgo, Regina Poli, Regina solique!
Virgo coronatam te pia terra colit.
(18) Deduc in terras dispulsæ stemmata Pacis,
Ut Mars de terris, diraque Castra migrent,
Nos scenæ addicas, lætæ sine murmure, cælis;
Cælestis scenæ lumen, adire sinas.
Sancta Parens, certè deductam stemmate terræ,
Et terræ adstrictam te, meminisse decet;
Terrestrem mundi stirpem (serpentis amussi
Tam turpi cæsam) te meminisse decet.

Notæ Marginales.

1. In illud Canticorum cap. 6. v. 9 Pulchra ùt Luna, electa ùt Sol.
2. B. Virgo Maria immaculatè concepta.
3. Virgo Beatissima nata.
4. In Templo præsentata.
5. Ab Archangelo salutata.
6. Sanctissima Virgo Elisabetham visitans.
7. Ex SS. Virgine Matre Christus nascitur.
8. Circumciditur.

9. A tribus Regis adoratur.
10. Fuga B. Virginis cum Filio Dei in Agyptum.
11. Maria Virginior post partum. Amad. Lusant. hom. 4.
12. In illud Lucæ c. 2. v. 52. Iesus proficiebat sapientiâ et ætate, etc.
13. Labores Christi, ex quibus B. Virgo habuit solatium.
14. Dolores B.V. ex Passione Christi.
15. Ex Christo resurgente gaudium B.V.
16. Apparitio Christi B.V. exhibita.
17. Post 63 annos vitæ (ex communi sententia) in cælum assumitur, et super Choros Angelorum exaltatur.
18. Supplicatio terræ ad B.V. cæli Regina.

PROGRAMMA.

Iubilus S. BERNARDI Abbatis.

IESU dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia,
Sed super mel et omnia
Ejus dulcis præsentia.
Nil canitur suavius
Nil auditur jucundius
Nil cogitatur dulcius,
Quàm IESVS DEI Filius
IESU spes pœnitentibus
Quam pius es petentibus!
Quam bonus te quærentibus!
Sed quid invenientibus?
IESU dulcedo cordium,
Fons vivus lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
Nec lingua valet dicere,
Nec litera exprimere,
Expertus potest dicere,
Quid sit IESVM diligere.

IESV Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus desiderabilis.
Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsâ mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.
Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas
Et ictus fervet charitas.
Amor IESV dulcissimus,
Et vere suavissimus,
Plus millies gratissimus
Quàm dicere sufficimus.

De terra, errorum demas zizania : ruri
Cordis, quæ crudo dummodo vere virent.
Nunc ipsam Mundi, flammis incende, medullam ;
Millenum flammis sic decus adde sacris.
Accensæ flammæ, raro cum lumine, tædam,
De cælis raram, fac speculare facem.
Fac, dum millenis dispersa incendia flammis
In famulis cernis, lumina mille crees.
Infusa affectûs rarâ dulcedine, flammam
Dum missam admisces, mellea flamma manet.
Sed miseris flammæ de cæli lumine missæ
Si dederis tædas, crede dedisse diem.
Raræ et mirandæ tædæ ! certè ocia summa !
Imò mihi, MARIÆ grata in amore, mora.

NUMERUS LITERARUM.

389	56	33	186	158	492	52	72	21	429	156	263	269
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n

187	2	116	53	301	332	366	404	21	1	2	= 4419
o	œ	p	q	r	s	t	u	x	y	z	

Hoc probat ejus passio,
Hoc sanguinis effusio,
Per quam nobis redemptio
Datur et DEI visio.
DEUM omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite :
IESVM ardenter quærite,
Quærendo inardescite.
Sic amantem diligite,
Amoris vicem reddite,
In hunc odorem currite,
Et vota votis reddite.
IESV auctor clementiæ,
Totius spes lætitiæ,
Dulcoris fons et gratiæ,
Veræ cordis deliciæ.
IESV mi bone sentiam
Amoris tui copiam :
Da mihi per præsentiam
Tuam videre gloriam
Cum digne loqui nequeam
De te tamen ne sileam,
Amor facit, ut audeam,
Cum de te solùm gaudeam
Tua JESV dilectio
Grata mentis refectio,
Replens sine fastidio,
Dans famem desiderio
Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt adhuc sitiunt
Desiderare nesciunt,
Nisi IESVM quem diligunt.
Quem tuus amor ebriat,
Novit, quid IESVS sapiat ;
Quàm felix est, quem satiat,
Non est ultra, quod cupiat.
IESV decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum
In corde nectar cælicum.
Desidero te millies,
Mi Iesu quando venies ?
Me lætum quando facies ?
Me de te quando saties ?
Amor tuus continuus
Mihi languor assiduus,
Mihi fructus mellifluus
Est et vitæ perpetuus
O IESV mi dulcissime !
Spes suspirantis animæ,
Te quærunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ
Quocunque loco fuero,
Mecum IESVM desidero,
Quàm lætus, cùm invenero
Quàm felix, cùm tenuero !
Iam quod quæsivi, video,
Quod concupivi teneo ;
Amore IESV langueo,
Et corde totus ardeo.
IESVS cum sic diligitur,
Hic amor non extinguitur,
Non tepescit nec moritur,
Plus crescit, et accenditur.
Hic amor ardet jugiter,
Dulcescit mirabiliter,
Sapit delectabiliter,
Delectat et feliciter.
Hic amor missus cælitus
Hæret mihi medullitus,
Mentem incendit penitus,
Hoc delectatur spiritus

O beatum incendium
    Et ardens desiderium!
    O dulce refrigerium
    Amare DEI Filium!
IESV sole serenior,
    Et balsamo suavior,
    Omni dulcore dulcior,
    Et cunctio amabilior.
Cujus gustus sic afficit,
    Cujus odor sic reficit,
    In quo mens mea deficit
    Solus amanti sufficit.
Tu mentis delectatio,
    Amoris consummatio,
    Tu mea gloriatio,
    IESV mundi salvatio
IESVS ad Patrem rediit,
    Cæleste regnum subiit,
    Cor meum a me transiit,
    Post IESVM simul abiit.
Quem prosequamur laudibus,
    Votis hymnis et precibus,
    Ut nos donet cælestibus
    Secum perfrui sedibus.

LITERÆ NEC PLURES NEC PAUCIORES UT POSITÆ IN PROGRAMMATE, ITA REPOSITÆ IN UTROQUE ANAGRAMMATE.

146	25	27	114	114	290	31	27	16	318	91	145	131
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n
122	1	41	35	136	214	187	260	7	2			
o	œ	p	q	r	s	t	u	x	y			

SUMMA, 2506.

ANAGRAMMA

VenVsto LVManæ natVeæ DeLICIo;
. . . . . . (13 others Chronograms).
non absqVe DIffICVLtate partVM offertVr.
Piæ Mentis allocutio, ad IESVM
Cordis humani Regem.
IesV Intra VVLnera tVa absConDe Me.

ANAGRAMMA I.

Orbis deliciæ, cur deliciaris in Orbe
    IESV? deliciis sunt satis Astra tuis.
Non tibi stelliferis satis est spatiarier oris?
    Sunt terræ in puncto deliciæne tuæ?

Immenso tibimet punctum id, quod vindice ferro
    Dividitur nec adhuc est satis estne satis?
Tu IESV exclamas: certè est mihi satque, superque
    Inter mortales esse, soloque frui;
Quin imo esse tuas, IESV, profiteris in Orbe
    Delicias; homines inter, et esse sedet.
Num pretium id ducis, quòd passim lilia fragrent?
    Has num inter nitidas deliciâre nives?
Tu qui de mundo, peccati pondera demis,
    Liliferis mundus pasceris Agnus agris.
Non est mirandum, refici te germine casto,
    Casto Agno, multùm lilia casta placent.
Præter liliferum, scio, quid tu poscis, honorem,
    Próque tua quam vis, cerno, quiete Domum.
Audio divinas divino gutture voces,
    IESV Dive, tuos aucupor aure sonos:
Cor præbe, exclamas, mihi cor dulcissime fili;
    Noster, qui cor habet, filius esse potest.
Est mea, cor, sedes: hâc principe gaudeo sede;
    Sic mihi non faciunt regia tecta satis.
Cor pompâ plusquam vel regali exhibet aulam;
    Hâc, quæ nobilius Pergama stare queunt?
Regno ùt Rex cordis; rego cor, dominórve Monarcha;
    Regno isto majus quod valet esse mihi?
In medio ùt solii majestas regia fulget!
    Quæ plus aurifluâ nobilitate micat.
Omnigena hîc virtus ad nutus excubat omnes;
    Come Satellitium mundior aula tenet;
Stat primi Officii, ad divum Sapientia nutum;
    Ardens intrepido robore Diva micat;
Istic conspicuum sistit Prudentia vultum,
    Atque verecundo floridus ore Pudor;
Illic purpureum niveumque Modestia cultum
    Disserit; Integritas ubere luce scalet;
Multo Agmen divè regit ordine comis Honestas,
    Et multo Virtus agmine grata placet.

Quid? nostris oculis spectacula dulcia surgunt,
Missilibus flammis lumina pasco mea:
Nam desideriis cor, ceû minor Ætna, calescit;
Missilia in cælum tela subornat Amor.
Nunc patere alloquium, mi IESV, perbreve nostrum;
Alloquium effusæ dulce salutis erit.
Mi dulcis IESV, mi Rex nostri optime cordis.
Quisnam te Regem non velit esse suum?
Ecce meum ùt tibi cor demissâ defero mente!
Si tibi si cordem, non leve fœnus erit.
Ista in sede sede, nec ab ista sede recede;
Næ tibi cedet olens, lacryma densa, thymus.
Flebo mei ingenii nunc fel, nunc crimina Mundi;
Ævi individui nænia dulcis erit.
Si sim individuus cum Divo Numine IESV!
Divis judiciis tum citò justus ovo.
Deliciæ effusæ cælesti flumine, crescent
Undique; de superis fluxibus imber erit.
Dum vivo ô vivus divino fomite vivam!
Vivo diu? ô IESV! tu modò Dive fave.
Tu de te ùt liquidè fundis cum munere nectar!
Certe istic cælum cuique creare vales.
Vivum est te præsto cælum, est nunc mellee IESV;
Nec miser est quisquam sic, ut ut usque miser.
Deditus addictâ, tibi, IESV, ùt mente redundat,
Deliciis! melicum ut reddit, alitque metrum!
Dum minimum meritis momentum advertit adesse,
Id summis meritis adnumerâsse studet.
Summæ ô deliciæ, mi IESV, epulæque disertæ,
Summa facultati dedita gemma meæ!
Quid tibi dem, tanti stabiliti muneris Actor?
Quo nîl stat melius, cor tibi dedo meum.
Cor dedo totum; IESV, usu vive vigéque
Nunc dominus; ceû vis, me rege, méque tene.

Anagramma

DIVo IgnatIo LoIolæ æVIternâ LaVreâ ornarI MerIto.
. . . . . 10 Chronograms.
ab Vno fILIorVM DeVotè saCratVr.

Anagramma II.

QVeM DILIgat S. IgnatIVs LoIoLa, qVærentI reponIt.
EX Vno IesV, hæreDItas Mea præCLara est.
Ps. xv. 6.

Ignati quid amas? quo cor tibi fervet ab æstu?
Cor fervere tibi nomen ab igne docet.
Frons, oculi, vultus, species incensior oris,
Et vertex præfert fixus in astra faces.
Cancellata manus tum dextera, tumque sinistra
Ad cor, id indigitat, corde latere rogos.
At deprome tuos, IGNATI, cordis amores:
Si facis, his miti perfruar aure sonis.
Audio flammiferæ suspiria fervida mentis;
Hæc auri veniunt dulcia verba meæ:
O IESV cordis Custósque, piúsque Cupido.
Flammiferi nostri dulcis amoris Amor!
Flamma mei cordis, soli tibi, mellee IESV,
Æterno tutè tempore, sacra manet.
Credo in te solum, spero, te præ omnibus ipsum
Omne bonum, IESV nobile Numen, amo.
Te solum summum, ritè unum diligo Numen;
Quod præ te possum majus amare bonum?
Quidquid ego meditor, perpendo, cogito, scrutor,
Mi IESV, tutè cuncta laboro tibi
Et licèt in terræ lachrymosa valle laborem
IESU dum currit vita, laboro tibi.
Quantumvìs operas, ærumnas, vincula, pœnas
Usque feram, IESU, cuncta laboro tibi.

Non vitam vivo, vel duro, dego nec ulli,
    Quàm tibi ; mi IESV, cuncta laboro tibi.
Indicii certè læti eruis omen et edis
    IESV ; mens vitæ niteris esse meæ.
Si cunctum humanum, te IESV, germen amaret!
    Si gererent penitis omnia corda fibris!
Unum, nec votum leve, votum hoc personat usque:
    Cuncta ô si IESVM pectora corde gerant!
Hæc Venus ô utinam secretis ignibus urat
    Omnia, non alii corda dicanda faci!
Cor mihi, clementis titulus titillet IËSV!
    Vim læti doni disserit iste Vigor.
Ecce tuo, IESV, Socii sub Nomine læti,
    Nominis eximiè Gens studiosa tui!
Hoc (Duce me) pio amore tui flagrantius Agmen,
    Quas in corde gerit, spargit in Orbe faces
Hic labor, hoc opus est Sociis unum omnibus, arte
    Ut faciant, cunctos Numen amare tuum
Pandit amoriferos Indis XAVERIVS ignes ;
    Cælite Germanos flammat amore FABER ;
CLAUDIUS Austriadas tædis incendit amoris:
    Per LAINIS tædas Italus, Afer amat,
Sicque tuo flagrat RODERICE Hispania motu ;
    PASCHASII ductu Gallia amore calet ;
SALMERO, fruge tuâ, devota Polonia fervet ;
    Sunt Mundo reliqui cuncti in amore Duces.
Ecce tui Socii, IESV, me præside, fructum
    Me Duce pendunt, qui me Duce dulcè merent.
Est de te Divum decus, et de Numinis usu ;
    Istud terricolas addecet usque decus.
Deliciæ illicium sunt consuetudinis hujus ;
    Istis deliciis dulcius ecquid ames?
Illicium est IESVS ; IESV quid dulcius extet?
    Qui tenet illicium IESVM an egere potest?
Qui dedit immensis lumenque, sedileque stellis,
    In minimis istic et sapere ille solet.

Dum minimum ad IESVM redamandum, est ductile tempus,
Id dulci IESV dedere, dulce cadit:
Est minimum, ad IESVM redamandum, tempus amatum;
Illud IESV ipsi dedere, dulce cadit.
Deditus est divè, qui IESV dedere dudum
Se studuit; næ tum Lynx pius ille fuit.
IESV, si mihi sis IESVS, dulcissime IESU!
Et quid te, IESV, dulcius esse licet?
O centrum mundi cordis, finisque vigoris,
Ignis amoriferi meta, scopusque mei!
Quidquid dulce licet jam quærere, sensile quidquid
Prendere, tu summè es sensile, dulce, super.
Iustitium hîc sistit vitæ, sistitque viretum,
In nutum tendit Iuppiter usque tuum;
Sistit mens, sistit sensus, vitæque talentum,
In te, mi IESV, Numen Herile, redit.

Probatio.

146	25	27	114	114	290	31	27	16	318	91	145	131	122	1	41
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	œ	p

35	136	214	187	260	7	2	= 2506.
q	r	s	t	u	x	y	

Anagramma.

IntaCtæ, atqVe eX toto pVræ MatrI Dolorosæ.

MARIÆ . . . (6 chronograms).

LaborIoso VersV ab aVthore DICatVM.

Sequentis Programmatis et Anagrammatis exactus numerus literarum.

97	5	11	61	37	116	24	19	7	128	39	81	58
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n

60	3	27	6	79	65	97	81	5	2
o	œ	p	q	r	s	t	u	x	y

Summa, 1118
or „ 1126 all letters counted.

Programma.

Stabat Mater Dolorosa
  Juxta crucem lacrymosa
  Dum pendebat Filius.
Cujus animam gementem,
  Contristantem et dolentem,
  Pertransivit gladius.
O quàm tristis et afflicta,
  Fuit illa benedicta,
  Mater Unigeniti!
Quæ mœrebat et dolebat,
  Et tremebat cùm videbat,
  Nati pœnas inclyti.
Quis est homo, qui non fleret,
  Christi Matrem si videret
  In tanto supplicio?
Quis non posset contristari,
  Piam matrem contemplari
  Dolentem cum Filio?
Pro peccatis suæ gentis
  Vidit IESUM in tormentis,
  Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem Natum,
  Morientum, desolatum,
  Dum emisit Spiritum.
Eja Mater fons amoris,
  Me sentore vim doloris,
  Fac, ut tecum lugeam.
Fac, ut ardeat cor meum,
  In amando Christum DEUM,
  Ut sibi complaceam
Sancta Mater, istud agas,
  Crucifixi fige plagas,
  Cordi meo validè.
Tui nati vulnerati
  Tam dignati pro me pati,
  Pœnas mecum divide.
Fac me vere tecum flere,
  Crucifixo condolere,
  Donec ego vixero.
Iuxta crucem tecum stare,
  Te libenter sociare,
  In planctu desidero.
Virgo Virginum præclara
  Mihi jam non sis amara,
  Fac me tecum plangere.
Fac ut portem Christi mortem,
  Passionis ejus sortem,
  Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari
  Cruce hâc inebriari,
  Ob amorem FILII.
Inflammatus et accensus,
  Per te Virgo sim defensus,
  In die Iudicii.
Fac me cruce custodiri,
  Morte Christi præmuniri,
  Confoveri gratiâ.
Quando corpus morietur,
  Fac, ut animæ donetur
  Paradisi gloria. Amen.

Anagramma.

Alloquium ad SS. Virginem Matrem Dolorosam, sub cruce Filii sui stantem.

ELegIt eaM DeVs eX popVLo, et præeLegIt.

Quid stas ad tristem, Mater sine labe, columnam ?
  Me sine, stat crux hæc pro truce labe mea :
Adæ cede locum Natis, Evæque Parentis :
  Istis est certè debitus iste locus
Expers peccati primi, pulcherrima fulges
  Tota Parens ; in te nec maculæ umbra patet.
Nec gustum vetitum pomum tibi Virgo facessit ;
  Tu procul à malo, tuque remota malo.
Ad quid mœsta gemis, lacrymisve madescis obortis ?
  Crede tuum non est ; sit modo flere meum
Fles tamen ob propriam (namque est tibi mellea) Prolem,
  Ergo roranti lugubrè corde gemam,
Et lacrymas fundam ; dignis singultibus angar :
  Solamen largum, larga fluenta dare.
Ore pluam largo : fluidi sint lumina rivi,
  Cor ducat promto murmura mœsta sinu.
Sed transmitte tuum (cedent hinc præmia) fletum
  Sic miri Nati Mater opima Dei !
Occidui Nati cordi incidit intima cura
  De te, Diva (ad me voce pia ecce canit :
Ecce tua hic Mater !) Divi Nati excipe finem ;
  Effati divi me nitide afflat opus.
Injicis indicium firmi ex pietate favoris,
  In me vim studii Mater amata tui.
Fac, o alma Parens ! (fieri fac gratio possit)
  Tormentis Nati me sociato tui.
Nil moror, aggesto cruciatu conterar ; opto
  In cruce configi : sint lucra nostra, mori.
Hîc an non nostrum voti jus, ferre dolorem ?
  Prorsus enim jam te nolo carere dolor.

Fæcunda Integritas ! mitis diffunde tuimet
Acceptum motûs, eximiique metûs
Hicne cui, hicne deest? Si pòst immergerer in te
Imbriflui luctûs dulce, MARIA, Mare !

ANAGRAMMA.

NoVo, et VeterI totIVs nostrI RegnI BoeMIæ DeLICIo . . .
VIrgIneo et In terrIs DIVIno sIMVLaCro . . .
eX sIngVLarI affeCtV proMptè Defert.

Altogether there are fourteen Chronograms in praise of the Image of the B.V.M. on Mons Sanctus.

PROGRAMMA.

Hymnus Marianus.

Quem terra, pontus, sidera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Claustrum MARIÆ bajulat.

Cui luna, sol, et omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cæli gratiâ,
Gestant Puellæ viscera.

Beata Mater munere,
Cujus supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

Beata cæli nuncio,
Fœcunda Sancto Spiritu,
Desideratus gentibus,
Cujus per alvum fusus est.

IESV tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna sæcula. Amen.

Anagramma.

QVeM terra, PontVs, SIDera CoLVnt, VIrago generas :

EXaVDI popVLos In Monte sanCto.

O Mons Sancte ! unus næ cætera culmina vincis
Culmine, quo veluti solio, residere videtur
Et Majestati reverendæ figere lumen
Diva DEI Mater, cæli Regina, solique :
Rupe urbes spectat, spectatur et Urbibus ipsa ;
Mentes, ùt Magnes, Partu pura allicit, unà
Nunc Divam re ipsæ alliciunt. Gratissima vultu
Cæcus (ùt afflicti sexcenti pectore) prensat
Munera ; muneribus plausu pugnatur alacri ;
Gratia sparsa datur redamanti ùt fœnus ad astra.
Proh Mons Sancte, magis Mons montibus omnibus alte !

Literæ Programmatis et Anagrammatis.

40	6	6	18	9	39	4	7	1	36	16	18	28	12	1	13
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	œ	p

2	29	33	34	43	1	
q	r	s	t	u	x	Summa = 403.

Anagramma.

Duplex
è duplici Hymno
De
S. WENCESLAO
Martyre
dici solito
Concinnatum
DIVo WenCesLao fortVnato MartyrI
&c. . . . . . 12 chronograms.
hVMILI offICIo, eX DebIto præsentans porrIgIt.

PROGRAMMA I.

Hymnus de S. Wenceslao.

Salve decus Bohemiæ
Flos Principum, flos Cælitum,
Voces benignus excipe
Te laudibus canentium.
Aurum superstes regium
Quondam gerebas crinibus,
Letho peremptum lucida
Nunc te coronant sidera
Velabat olim fulgido
Profusa vestis murice :
Nunc melior ambit purpura
Tuo rubens de sanguine.
Quales memor Bohemia
Grates rependes Numini ?
Quam pauca tecum Principem
Sortita regna martyrem !
Te nunc Redemptor quæsumus,
Tanti Ducis consortio,
Iungas precantes servulos,
In sempiterna sæcula. Amen.

ANAGRAMMA I.

ReX æterne, DeVs, gLorIâ, et honore Coronâstl eVM.
Ps. viii. 6.

Allocutio ad S. Wenceslaum Boëmiæ Ducem.

O Patriæ nostræ Pater, indigenumque Patrone,
Ac nostri generis sanè bona Gemma Bohemi,
Cûi prælustre, DEI major dat gloria, Nomen,
Partheno-nunc-Martyr, rubro es Rosa candida flore.
Accisum en defert squalens gens patria vultum,
Quem miseræ bene inesse legis sub messe malorum.

Hanc fac ab accisis, Dux fortunate, Boëmis
Submoveas, usúque es nunc vetus Umbo tuorum.
Verùm dulcè Patrem lunato poplite vulgus,
Cum mediis minimi, ac supremi principe cultu
Te cumulant : Princeps est cultu principe dignus.

Summa Literarum.

30	4	9	20	10	46	4	8	3	32	14	26	30	21	16
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p

4	29	32	24	43	1	1	= 411
q	r	s	t	u	x	y	

Programma II.

Hymnus de S. Wenceslao.

Ades bonus Dux inclyte
Quem laureatum tempora
Cælo dies hæc intulit,
Tuo triumpho nobilis
Non tu beatæ præmia
Vitæ empta parvo possides,
Regno tibi stant sidera,
Fuso tibi stant sanguine.
Jussit necari barbara
Mater novercâ sævior :
Frater necavit impius,
Quovis Tyranno immanior
Sacrata in æde perfidus
Mactat vacantem Numini :
Sic cæsa ad aras victima,
Prece expiata concidit.
Ades tuæ Bohemiæ
Princeps benigno lumine,
Pace expetitâ gaudeat,
Fide innocenti floreat

Præsta Pater piissime,
Patrique compar unice,
Cum Spiritu Paraclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

Anagramma II.

Alloquium ad S. Wenceslaum Boëmiæ Ducem.

SVper popVLVM beneDICtIo tVa.
Ps. iii. 8.

Salve tellùri pacate Dynasta Bohemæ,
Cûi pietas erga miseros in pectore crevit,
Inque DEUM, Matremque DEI, superasque phalangas
Relligio primis usu manabat ab annis.
Tu patriæ miserere plagæ, miserere popelli
Casibus attriti nocuis, miserere rigorum
Circà stridentûm. Pacem nunc poscimus omnes :
Pax optata orna, cuncto fac in orbe beatos.
At nunc tanta in nos inimici disjice pacta,
O bone Dux Patriæ ! da tutæ, care Dynasta,
Vitæ fortunas ; da fata beata cupitæ
Vitæ nitantur ; fini sic optio Divûm,
Æternæ vitæ pax, omnis in æthere doni
Fons, ac innubem Divûm, sit pompa, per arcem.

Numerus Literarum

50	12	9	23	12	43	5	5	3	52	9	22	34	24	22	3	31	30	40	33	3	2
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	y

Summa = 479.

Anagramma.

SpIrItVI SanCto, Verè DIVIno fLaMInI. CæterIs DIVIs PersonIs In oMnIbVs æqVaLI eX Patre et FILIo, DIVInâ orIgIne, proCeDentI Deo, &c. (3 chronograms), eX hVMILI affeCtV Defert.

Programma.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, et tui amoris in eis ignem accende, qui per diversitatem linguarum cunctarum, gentes in unitate fidei congregâsti.

Anagramma.

TV es DeVs, qVI In terrIs faCIs MIrabILIa.

Ps. lxxvi.

Responsio Sancti Spiritus ad Animas sibi devotas.

En ictu casto, vestri in penetralia cordis
Flammam mitto, Animi Divi descensus Amoris,
Ut lumen purè (nitidè cêu vere renident
Fruge agri) gignit, qui curat pectus egeni!

Literæ Programmatis et Anagrammatis.

9	7	5	18	2	5	19	3	7	11	4	3	1	10	8	12	13
a	c	d	e	f	g	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u

Summa = 137.

This Decas concludes with two anagrams in metre formed on the Salutatio Angelica:—

Programma.

Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum.

Anagramma I.

aVe pVra DeIpara, aVe RegIna CæLorVM
Tu digna amari à mente, cêu Polus à Mari.
(Sen. Iamb.)

Anagramma II.

VaLe ô DeCora ! et pro nobIs IesVM eXora.
Unam te CLEMENS puram ajat, Dia Virago.
(Hexameter.)

There are several Chronograms, and the Decas concludes thus.:—

A M D G
&
B V M H.
LaVs tIbI DoMIne, GLorIa tIbI,
ReX æternæ GLorIæ.

Next comes :—

Programma Serenianum.

Illustrissimus, et Strenuissimus Dominus Dominus JOANNES CAROLUS SERENI, Sacri Romani Imperii Comes, Sacræ Cæsareæ, Regiæque Majestatis Camerarius, et Cæsareæ Legionis Chiliarchus, Seminarii Sancti Francisci Xaverij Benefactor.

Anagramma Serenianum.

Concitus Herculeis Comes Illustrissime gestis,
Cæsareis cælo clare dexterrimus Aris.
Indiciis raris vim, quæ bene funera frænet,
Injicias hosti, majoris Pacis amore.
Successus orna, innumeris jam sanior annis.
Eja regas caræ vitæ metam. ⏑ ⏑ – –

Literæ Programmatis et Anagrammatis.

17	6	1	13	2	19	2	2	2	30	5	10	12	8	1	1	18	26	8	11	1
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x

Summa = 201.

The Decas begins with four anagrams, each in hexameter verse, and made up from the following :—

Programma.

A Prayer of S. Ignatius, the Founder of the Society of Jesus.

Anima Christi sanctifica me :
Corpus Christi salva me :
Sanguis Christi inebria me :
Aqua lateris Christi lava me :
Passio Christi conforta me :
O bone JESV exaudi me !
Intra tua vulnera absconde me :
Ne permittas me separari â te :
Ab hoste maligno defende me :
In hora mortis meæ voca me,
Et jube me venire ad te,
Ut cum Sanctis tuis laudem te
In sæcula sæculorum. Amen.

I. Anagramma S. Patriarchæ Societatis JESU Ignatio sacrum.

S. P. IgnatI sIt sVper nos, et sVper popVLVM beneDICtIo tVa.

Ps. iii. 8.

Cliens ad S. Patriarcham Societatis IESV.

IGNATI, Patriarcha Patrum sub Nomine IESV
Dulcè triumphantûm, bone Dux et Signifer : Author
Militiæ es IESV ; debellas Hæresis omnis
Arma, ac inferni vesanum concutis astum,
Et castas animas ardes imponere Cælis.
Omnem laude DEI cura resonare recessum ;
Totus ama, ac toto elucescere labara IESV
Orbe inhia, jactaque mihi sitim, et omina : mitte
Hâc face me !

II. Anagramma ex Oratione S. P. Ignatii.

Anagramma Cæsareum
ad
Leopoldum I.

LeopoLDVs I hostIs sVI trIVMphator, aVgVstè et gLorIose regnat.

Hostes insectans, abiit quam dexter in oram
Mars LEOPOLDE tuus, sanè a victricibus armis
Entheus effulsit, summos referendo triumphos.
Ecce emissa tuæ vestigia laurea terris
Bellonæ ! natas memorat tua Gloria palmas.
Macte animi, Mundi revera invicte Monarcha,
Auspicio sanè comi, tibi candicat æther.
In sede eja mica ; bene jam sic evehe charum
Natum !

III. Anagramma Cæsareum ad Leopoldum I.

Divinatio de Archiduce Austriæ Josepho.

Ioseph FILIVs LeopoLDI I. Hæres AVgVstI sVI PatrIs. IMperabIt.

Cæsareum Imperii clavum *Leopolde* resumet
Dextera *Iosephi* : verè hæc sunt omina nobis.
Non aliter tua regna favent, Urbesque secundant ;
Ante alias hoc Plsna vovet, fidissima Romæ,
Austriacis, stabili serie, summissa Monarchis.
Hanc tibi jam vinctam, miti tutamine cinge,
Jura tenere Sacri, veteri de more, Favoris.
-- Hem * celsè sat.† Ama de hoc Stemmate baccam.‡

Notæ.

* Interjectio corripientis seipsum, quasi altè dictum fuisset.
† Intelligitur : dictum.
‡ Carminis opus.

IV. Anagramma Archiducale

Ad Josephum Leopoldi I. Filium, primum Natalem agentem.

SerenIssIMe ArChIDVX AVstrIæ Iosephe perpetVos nataLes age.

Submissa *Archiducem Iosephum* Regna ligate ;
Fax Natalitii Solis micat æthere ; fusim
Iubila promanant eîdem jucunda per auras.
Ejus Majores, Orbis duo Numina chara,
Crescente a Nato cernunt se crescere mente ;
Quòd primò celebret Natalem, è themate charo
Incedunt læti. Nos sæcula Majestati,
Firmè jurati, subjectâ mente, vovemus.
His amissam * Asiam ô si !

Literæ Programmatis et Anagrammatum quatuor.

33	3	5	15	6	35	3	2	7	31	8	20	17	13	4	1	18
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r

24	21	20	1	
s	t	u	x	Summa = 290.

Anagramma Xaverianum.

Sancto Francisco Xaverio
Indiarum Apostolo, contra Pestem
Patrono sacrum.

Affectus amantis animæ S. Francisci Xaverii Indiarum Apostoli.

Programma.

O DEUS ! ego amo te.
Nec amo te, ut salves me ;
Aut quia non amantes te
Æterno punis igne.
Tu, tu, mi IESV, totum me
Amplexus es in cruce.

* O si Palestinam et alias regiones terræ Sanctæ Christianitas recipiat.

Tulisti clavos, lanceam,
Multámque ignominiam,
Innumeros dolores,
Sudores, et angores,
Ac mortem. Et hæc propter me,
Ac pro me peccatore.
Cur igitur non amem te,
O IESV amantissime?
Non ut in Cælo salves me;
Aut nè æternùm damnes me;
Nec præmii ullius spe:
Sed sicut tu amâsti me;
Sic amo, et amabo te.
Solùm, quia Rex meus es,
Et solùm, quia DEUS es. Amen.

LITERÆ PROGRAMMATIS ET ANAGRAMMATIS XAVERIANI.

31	5	1	15	6	53	5	26	13	35	25	26	8	4	16	33	31	35	2	
a	æ	b	c	d	e	g	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x	SUMMA = 375.

ANAGRAMMA XAVERIANUM.

S. Francisco Xaverio Indiarum Apostolo, contra Pestem Patrono; qui post mortem primùm Malacæ; dein Neapoli, utpote Urbis Patronus contra Pestem electus Anno 1656, 12 Junii, postea et alibi Pestem sedavit, dedicatum.

IVste DeVs! In VnIVersâ terrâ glorIâ, et honore CoronastI eVM.

Antiphona Ecclesiæ.

O multùm contra Pestem Patrone, XAVERI
Salve; mortisonæ mira medela luis!

Prima Malaca tuam, commota Neapolis artem
E cælo medicam Dive tulêre tuam ;
Imo Urbes aliæ. Nunc certe Praga tuammet
Instans, menteque stans cernua, poscit opem.
Quæso, medere, seu nos contege, cinge, tenéve.
Et nos degentes cælite mente rege.
Huc mentem inclina, quâ nîl scio suavius esse ;
A summo motu sit nisi vita tuo.
Summoveas Pestem, quâ ex multo demovet usu
Omnia Mors. Sis Mors unus ei ⏑ ⏑ –.

HYMNUS MARIANUS

in Vesperis de Beatissima Virgine dici solitus.

Programma

Ex quo metricô labore subsequuntur elaborata (quod antehac nunquam factum) tria Anagrammata MARIANA.

Ave Maris Stella,
DEI Mater alma,
Atq ; semper Virgo,
Felix cæli porta.
Summens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.
Solve vincla reis,
Proser lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac, & castos.
Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes IESUM,
Semper collætemur.
Sit laus DEO Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor unus. Amen.

Anagramma I.

Me tibi, fide Cliens, spissi Maris assero Stellam ;
Suspice me, tutâ lucebo luce Clienti ;
Væ durum sternam, quæ sum Gabrielis avere
Jussa sonô, pacèmque feram, Evæ nomine tersô.
Vincla reis solvam ; cæcos, caligine tollam ;
Te culpis solvam ; ùt charum tutamine stringam ;
Finitâ vitâ, te perpetuante reponam.
Experiêre Cliens me Matrem, credito Matri.
Sancto proposto post pronos annuo nutus.
Da plures hostes, tutor stans Turris in Astro :
Stabis ; iter me ad Numen. Næ vultus amicus
Assiduè sursum populos sustollere flagrat.

Anagramma II.

Illustrem sinè labe ROSAM, nec acumine spinæ
Ullo compunctam, tutetur Terra MARIAM :
Næ citra labem splendet pulcherrima tota ;
Illa urget Superis spectacula dulcia ; Terris
Virginitate rapit palmam, Matrísque nitore
Nec primam, similem visa est, & habere secundam.
O ROSA mira ! sono, sinè lapsu PUPA, gemente !
Te DEUS ad plausum, te SPONSAM eligit honori
Crebro, ac immenso. A Fructu, sinè semine, fuso
Es prorsus sospes ; SOL totus fronte venustus.
O ! SOL sta justè felix, scutóque salutis,
Nostræ sis oræ totus jucundus in ævum.

Anagramma III.

Fluctuat in Mundi Ponto impar prora, Sodalis ?
  Huc insta, proræ sum pia Stella tuæ.
Me Stellam inspectas ? lumen normale nitebit ;
  Ex oculis umbras Stella fugabo tuis.

Surget tempestas ? interpellato MARIAM ;
Me præsto, discors mitè procella ruet.
Nunc memet noscis; nunc Natum stringere posco ;
Te quoque, si velles, claudere posco sinu.
Ardeo, cum Christo regnes : Patrona facessam,
Possis in Divum elatus ovare statu.
Assistens servire meo persiste valori,
Me sistam parti vera Ministratuæ.
En usum cæli ! verùm tu invise, favebo.

LITTERÆ IN PROGRAMMATE, ATQUE IN TRIPLICI EX EO FACTO ANAGRAMMATE CONTENTÆ.

25	5	4	16	6	46	4	4	2	34	21	25	24	26
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o

16	2	30	47	36	38	1
p	q	r	s	t	u	x

SUMMA = 427.

PROGRAMMA.

O ! Gloriosa Virginum
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, parvulum
Lactante nutris ubere !

Quod Eva tristis abstulit,
Tu reddis almo Germine,
Intrent ut astra flebiles,
Cæli recludis cardines.

Tu Regis alti janua,
Et aula lucis fulgida :
Vitam datam per Virginem,
Gentes redemptæ plaudite.

JESU tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Anagramma.

Gloria Virginei floris sublimor in astris,
Quæ peperi tutâ Virginitate DEUM.
Quid ? fel nunc Evæ perdetestabile cernis
Subductum terrâ, Germinis arte mei,
Quâ tingit dii te gratia multa cululli,
Illam nî lutulas, Numine tutus agis.
Certa solerter : dudum si stare laboras,
Adstans virtutis sit pia vita tibi.
Ore Cliens me jugè voca ; sum Janua cæli ;
Sidera per me (gens plaude redemta) patent.

Numerus Litterarum in Programmate & Anagrammate Positarum.

29	3	5	8	11	34	2	9	41	18	13	16	7	7
a	æ	b	c	d	e	f	g	i	l	m	n	o	p

3	24	23	30	31
q	r	s	t	u

Programma.

Alma Redemptoris Mater, quæ pervia cæli
Porta manes, & Stella maris, succurre cadenti,
Surgere qui curat, populo ; tu quæ genuisti,
Naturâ mirante, tuum Sanctum Genitorem,
Virgo priùs, ac posteriùs Gabrielis ab ore
Sumens illud AVE, peccatorum miserere.

Anagramma.

Magna Dei, Mundíque Parens, sinè labe MARIA,
Ante, ac post partum Virgo ! Tu Janua cæli,
Atque Mari certum Sidus, terrǽque Columna ;
Ut tellus pérstet, Orbis miserere ruentis
Virgo, juva, paca permolli tempora cursu,
Et gratum è cælo successum porrige terris.

Computus Litterarum omnium & in Programmate & in Anagrammate.

19	3	2	9	3	24	5	17	8	12	8	9	8	3
a	æ	b	c	d	e	g	i	l	m	n	o	p	q

22	15	16	22
r	s	t	u

Summa = 208.

Programma.

Regina Cæli lætare, alleluja,
Quia, quem meruisti portare } alleluja.
Resurrexit, sicut dixit }
Ora pro nobis DEUM, alleluja.

Anagramma.

Depulso à luctu, largè lætare MARIA !
Lux tua cara venit, quæ (miror) jubila mille
Expandit. Requies jo ! Jo ! illi Terra sileres ?

In Programmate & Anagrammate Computatæ Litteræ.

11	2	1	2	2	11	1	13	11	3	2	4	2	2
a	æ	b	c	d	e	g	i	l	m	n	o	p	q

10	4	6	9	2
r	s	t	u	x

PSALMS AND CANTICLES FROM THE BREVIARY AND THE LORD'S PRAYER

PSALMS AND CANTICLES FROM THE BREVIARY AND THE LORD'S PRAYER.

Programma.

Te Deum laudamus . . .
. . . non confundar in æternum.

Anagramma I.

Nato Jesu, Hominum Salvatori.

Sancte Deo genitore Deus, mortalis ab alvo
Virgineæ Genitricis Homo, Rex summus et orbis
Arbiter et *mundi Dominus*, commune profundis
Et superis Numen ; qui cælo es missus ab alto,
Dum dominans reddis gemino commercia mundo,
Nunc hominum miserare genus. Te principe prolem
Tunc genito sensisse novam Roma illa videtur
Inclyta, dum terræ Dominum se dicere Fælix
Abnuit Augustus. Veterum sed provida vatum
Cura tibi hoc regnum cecidit, cum Virginis almæ
Filius (ô partus certè aureus !) unicus esset
Omnibus ætheria Rex majestate futurus.
Scilicet è stulta quæ Numina gente profanus
Credidit imprudens, Erebi Dux imperet Orco,
Cui triplicis fortuna dedit sceptra ultima sortis ;
Cæruleis Neptunus aquis ; celsissimus astris
Juppiter ætheriis : tu fas per limina mundi

Omnia solus habes : non finibus ulla potestas
Imperium seu meta tuum, seu terminat ætas.
Ter cæli, terræque potens : quem condidit orbem
Dextera sustentat : cælestis temporis autor
Crederis æternus : te regna et læta salutant
Sæcula, demisso reverentur sidera vultu :
Totus enim *tibi servit honor* ; terra omnis adorat,
Numen adorandum, celsa et de Sede Tonantem
Cuncta Deum submissa tremunt. Dive optime rerum
Cui mare, cui tellus, cui militat ignis et æther,
Respice res nostras, hominemque te esse memento,
Et populum salvare tuum ; fac ut ille per ævum
Vivat adorando, cui vivant omnia Regi.

Anagramma II.

De Christo patiente, Rege dolorum.

Infandos monumenta jubent renovare dolores,
Et passum memorare Deum. Prô ! flebile fatum,
Sanguinis est dignum lachrimis, dum tristis acerbæ
Victima mortis erat mortali corpore Numen.
Sed quis enim tantos capiat sub pectore luctus,
Cùm meritò summos etiam sub soli dolores
Hic dolor in terris superet, quando ipse beatam
Rex hominum nostro posuit pro crimine vitam ?
Ipse Deus Cæli, cælestis gloria mundi,
Sanguineo sudore madens tristatur in horto,
Territus et sævæ turbatur imagine mortis,
Ut paveat, justâque necis formidine pressus
Semianimis succumbat humi. Verùm amplius istis
Dira patet rerum facies in Præsidis æde.
Ecce homo ! prô ! quantum miseræ spectacula scenæ
Impietatis habent ! crudelibus ecce flagellis
Funditur ex Jesu, divino ex corpore sanguis,

Integer en vitæ, patiens sævissima Christus
Læditur, et sævâ nimium vi cæditur insons
In geminante manu, tot nudus sustinet ictus,
Verbera tot sentit, tot læsum vulnera corpus
Suscipit, ut nullum, feriente satellite, membrum
Sit vacuum, ac unum sint omnia vulnera vulnus
Audet et in Christi reverendo vertice sertum
Lædere docta manus (temeraria dextera) spinis
Undique contextis, vel mundi a Rege ferendum
Addere. Ritè virum tantorum verò dolorum
Talia serta decent, et plenum vulnere Regem.
O Solymæ cives, et cæli turba venite
Regis ad adspectum, Dominumque agnoscite vestrum!

A M D G.

This is also an acrostic = Jesus Christus Dei Filius Salvator.

NUMERUS LITTERARUM, QUÆ TUM IN PROGRAMMATE, TUM IN UTROLIBET ANAGRAMMATE, NEQUE PLURES, NEQUE PAUCIORES, COMPREHENDUNTUR.

A	æ	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	Q
70	18	13	41	38	128	9	13	9	110	35	69	70	56	25	6

R	S	T	U	X	Y
83	95	97	113	5	1

SUMMA, 1103; or, counting diphthongs, 1121.

PROGRAMMATA.

Admonitio S. Gregorii Papæ ad Sacerdotes. Ex homil. 17 in LUC. x.

PROGRAMMA.

Debemus cogitare quod Sanctis Apostolis dicitur, & per illos nobis. Vos estis sal terrę. Si ergo sal terrę sumus, condire mentes fidelium debemus. Nullum, arbitror, Fratres charissimi, rigorosius judicium Deus exigere quam a Sacerdotibus. Nam eos ad aliorum correctionem ponit, & se faciunt exempla pravitatis, terrena concupiscunt, humanam Gloriam intentâ mente appetunt. Hi ananes ministerium suum buccinant, se lautè refieiunt ; gestu, Cęsarie, & habitû venustis, enerviter & securè, temerè tamen : nec benè, nec tutè vivunt. Errant funestè, monstra sunt.

ANAGRAMMATA

Ex Himno SS. Ambrosii & Agustini.

ANAGRAMMA.

Te Deum Laudamus : te Dominum confitemur.
Te ęternum Patrem : omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli : tibi cęli, & universę potestates.
Tibi Cherubim & Seraphim : incessabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus : Dominus Deus Sabaoth :
Pleni sunt cęli & terra : Majestatis glorię tuę.
Te per orbem terrarum, Sancta confitetur Ecclesia.
Tu Rex Glorię Christe.
Judex crederis esse venturus.
Te ergo quęsumus, tuis famulis subveni : quos pretioso Sanguine redemisti.
Æterna fac cum Sanctis tuis : in gloriâ numerari.
In te Domine speravi : non confundar in ęternum.

PS. XCI.

Programma.

Imperator LEOPOLDVS devotissime psallens :

1. Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.
2. Dicet Domino : Susceptor meus es tu et refugium meum ; Deus meus, sperabo in eum,
3. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium, et verbo aspero.
4. Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub pennis ejus sperabis.
5. Scuto circumdabit te veritas ejus ; non timebis a timore nocturno ;
6. A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu, et dæmonio meridiano.
7. Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis ; ad te autem non appropinquabit.
8. Verumtamen oculis tuis considerabis, et retributionem peccatorum videbis,
9. Quoniam tu es, Domine, spes mea ; Altissimum posuisti refugium tuum.
10. Non accedet ad te malum, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo,
11. Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.
12. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.
13. Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.
14. Quoniam in me speravit, liberabo eum ; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.
15. Clamabit ad me, et ego exaudiam eum ; cum ipso sum in tribulatione ; eripiam eum, et glorificabo eum.
16. Longitudine dierum replebo eum, et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto ; sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

DEUS, IMPERATOREM PSALLENTEM ANAGRAMMATICE ALLOQUENS:

Anagramma in Psalmum xci.

LEOPOLDE, Fili mi, noli timere; Ego, Deus tuus, bene mihi placuit oratio tua.
Age, cape arma *mea* audacter, contra Saracenos, inimicos meos.
Posuisti enim spem tuam in me, Deum; ideo non confunderis, sed superabis eos. Manus mea penes te manebit, et castra Turcarum magis timebunt fortitudinem meam.
Angeli venient de cœlo tibi succurrentes in timorem inimicorum tuorum.
Auxilium Altissimi sentient, quia Protector tuus sum.
Ecce, assurgent abunde in te castra, et Ego Adjutor tuus.
Non timebis quemquam, inimici autem fugient a facie tua.
Quia Dominum Deum tuum times, eris Terror omnibus.
Propter pietatem tuam propitius ero populo tuo. Ego liberabo cum de manibus inimicorum.
Millia millium cadent infidelium, quia Deum suum non agnoscebant.
Dum ad me clamabas, Dominus meus et Deus es tu.
Et sperasti in me, Ego adjuvi te in tribulatione et necessitate.
Scio peccata populi; propter quæ virgam ostendi.
Misericors sum, misereor populi tui ad me clamantis.
Liberabo te ab omnibus malis et a periculis omnibus belli.
Rebelles *meos*, LEOPOLDE, patefaciam, stabunt ante te, pœnitebunt, plorabunt peccata.
Non valebunt vires inimicitiæ: denique abibunt, nec oppositio erit ultra. *Aquilæ tuæ* blando modo proxime cantabunt vota, laudabunt me.
Filii quos tibi dedi, *Ortum Solis* videbunt. I! invade *Gentes*: peribunt, obibunt.

Probatio Literarum.

A	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P
88	35	36	33	129	8	12	1	123	38	75	71	71	33

Q	R	S	T	U	X	
9	51	67	93	97	2	Summa, 1072.

1684. J. Ph. Popp, *Præfectus Salis, Pragæ.*

PS. CXIII.

Programma.

Laudate, pueri, Dominum ; laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc, et usque in sæculum !
A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini.
Excelsus super omnes gentes Dominus, et super cœlos gloria ejus.
Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,
Et humilia respicit in cœlo et in terra ?
Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem,
Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui ;
Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Anagramma Mariæ Rosaliæ Archiducissæ Austriæ sacrum.

Austriacus Sanguis, Rosa blanda, ROSALIA, flore
Id Pater Augustus, Margaris idque cupit.
O Rosa ! Tu cunctum de Lumine concipe Lumen
Nil nisi conspicuum, nil nisi Lumen habe.
Multum complebit de Te, Lux limpida, Mundum,
Lætitiæ immensæ quisque stupebit opus.
Luce tua, immensum momentum hic sentiet Orbis,
Hac, idem imo decus, Principe Te, Orbis alet.
Io, concinne, nitide io, sitque sonetque !
Mire Lux veniet Nomine, crede, Tuo.
O ample Hispanas Turres, Rosa, Flore corones !
Si DOMVI AVSTRIACÆ perstet et inde decor !

Probatio Literarum.

A	Æ	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P
24	4	6	20	14	45	2	3	4	47	18	26	29	26	13

Q	R	S	T	V	X.
5	21	32	29	38	2.

Summa, 412.

Laurentius Baptista, S.J., *Decas Mariana.* 1673.

THE MAGNIFICAT.

Luc. i. 46–55.

The entire *Magnificat*, with its accompanying Doxology, is here presented, and followed by two metrical anagrams (in elegiacs and hexameters respectively) and one prose anagram.

Programma.

Magnificat anima mea Dominum ;
Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo,
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes ;
Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus.
Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo ; dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel, puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini ejus in sæcula.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto ; sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Anagramma I.

Immaculata nitet ; sic vi concepta MARIA,
Labe caret sceleris Virgo, simulque Parens ;
En nitet alma sedens in viva pace ; triumphis,
Enitet en Cœtus Vita, Sionis Honos.
Illa dies veniet, qua victrix Roma jubebit
Mox tute in toto credier Orbe Fide.
Id Rex Hispanus deposcit, amore repletus,
Christiadum Cœtus pectore, voce petit.

Nempe Salus olim fulgebit nomine pacis,
    Mox tot item festis vivet, et ipsa quies.
Decidat eia Sathan nimie depressus in Orcum,
    Eia Marianum stemma repente canat
Nempe furēs misere curis repleatur Avernus,
    Eia miser ; mœstus tempus in omne gemat.
Et Vis divini sit nominis eia vigescat,
    Gaudeat, ac Orbis gestiat eia Polus.
O Thus, o lumen sit Numinis. Eia nitescat,
    Ceu, miti splendens Sidere, mitis EOS.

Clavis Literarum.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x
46	6	24	14	83	4	6	6	76	15	33	37	29	19	3	29	55	54	43	4

Omnes simul = 586.

1668. Lucas Carolucius,
From Caramuel's *Rhythmica*, p. 723 : Campaniæ, 1668, fol.

Anagramma II.

Anagramma et Acrostichon, et in ultimo Hexametro Cabalisticon.

Semper honos Francisce tuus, nomenque manebit
Fælix Dive piis et justis digne triumphis,
Respice nos Clemens ex ætheris æde patentis
Ac inter Divos cælesti sede receptus,
Nosce Dei mites socios, et nomine IESV
Cælitibus devota piis, et sicut oliva
Insignis pietate cohors te semper amabit ;
Sic Mundi Custos virtutum maxima natu
Clementem divina diu clementia servet,
Ut vivat, videatque Petri mitissimus annos.
Suavi sit nobis et miti faustus amore :

Borgia divina cum Majestate Triumphet.
O Clemens Tiberine Pater, de *flumine magno*
Romanæ pietatis honos, altissima rerum
Gloria, pax justo mitissima regnet in ævo
Imperiique parens Ecclesia cuncta serenet.
Austria cum certa *Leopoldi* prole perennet!

1671. Anon. Pragæ.

This remarkable anagram occurs in a book produced by the Jesuits of the Clementine College at Prague in 1671, on the occasion of the canonization of Franciscus Borgia, a former well-known general of their order. It is composed in the strictest manner, diphthongs being undivided; and the cabalistic line at end giving 1671 is unusual. The book is in the Bibliography, s.v. *Divo Francisco Borgiæ encomia*, etc., 1672.

Clavis Literarum et Probatio.

A	æ	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	Q
39	7	6	26	16	76	4	6	6	76	15	33	37	29	19	3

R	S	T	V	X
26	55	54	43	4

Summa, 586.

Anagramma III.

1. Exto munus Dei Mater Immaculata. Tu a nota originis fies immunis. Plaudite eam.
2. Ah benedicta Regina Empirei! Ecce nonne ex hoste sumo te, a te quia excellentissime Immaculata.
3. Oh quis benignius, o quis Matre Jesu sit purius? Summe, peregregie, eminentissime nitet: peccato enim Adæ omnino intacta.
4. Oh sors! Ut in toto Dei esses et Immaculata, ecce Deus ipse te benedixit, hosti superbiam pressit, et in profundo depulit.
5. Vive Dei parens piissima: ut reor mitescere debes lucidissime et nitidissime Immaculata protinus ero servus tuus.

6. Oh tu nescis lapsus et errores Adæ! Ubi nunc es tota sistis Immaculata.
7. Puri Spiritus ore pio confiteantur electam Jesu. Ecce regnet prope in illo Sanctæ Trinitatis sinu Immaculata.

Probatio.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x
46	6	24	14	83	4	6	6	76	15	33	37	29	19	3	29	55	54	43	4

Summa, 586.

(B.)

Matt. vi. 9-13.

Programma.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum.
Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

Anagrammata Dominicum.

I.

Oratio ad Jesulum* humani generis delicium.
Flos mundi! quem tot nictentia sidera pingunt,
Et casto tractare sinu, et mordere labellis
Attentat Mater! cape quæ tibi dedico dona.
Te sine non vivam! Mundi mi nomina sordent;
Tædet; Honos, Veneres sunt sicut somnia noctis;
Rideo stultorum risus; ut somnus abibunt
Omnia; Vita tibi (IESVS) in fine manebit.

* This was the *Bambino* in His Mother's arms.

Hoc Anagramma.

Magno animo inchoatum.
Majore labore perfectum.
Maximo honore et amore.
D. D. D.
B. A. B. S. I.
Anno MDCLVII.
i.e. Bohuslaus Aloysius Balbinus, S.J.

II.

Ad Imperatorem Leopoldum I. directum.

SI DeVs pro IMperatore sIt, fILIVs InIqVItatIs frVstra apponet noCere eI = 1680.

Mundi Majestas, Orbisque O nobile sidus !
O Juris sublime decus, permagna venustas !
O CÆSAR LEOPOLDE ! Tuus tremor hostibus instat,
Tutator Tua Serta, Tuam defendito terram.
Annuit intentum concinno stamine cælum :
Stat Deus intentus (nonne intima meta Tibimet ?)
Concinno qui rite indit bona dedita fini.

Laurentius Baptista, S.J.,
in his *Decas Honori Sereniano*, 1680.

III.

Allocutio ad Neo-Pragam.

ALtIor aDVersVs sVeCos NEO-PRAGA trIVMpha !

In bello natam ornatam munimine Martis,
Virtutem ostentas, bene quam notet orbis uterque.

O animi Urbs nunc invicti! Tot dona nitescunt
Inde tibi: noscet totus tua lumina Mundus,
Ætas intendet tibit dictas amodo dotes
Indiciis lætis in fines deferet omnes.

LAURENTIUS BAPTISTA, S.J.,
in his Appendix (4 pp.) to the
Decas Sacr. Anag., 1672.

COMPUTUS LITERARUM (I—III).

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
19	2	6	7	10	23	2	1	1	29	5	13	26	19	2	2	11	20	30	19

SUMMA, 247.

IV.

Laudamus Te, Pater Creator, Fili Amator, Spiritus Santificator, beata Trinitas, ostende nobis tuam misericordiam et salvi erimus: dimitte tot nostra debita, bone Deus, ut tuto vivamus in te numen. Memento nunc anhelantis, Domine, quin mente benigne nitens salutis dono dita nos bonisque cunctos indue.*

V.

O tota mente constans Deum fontem sitiens, diabolum non timebo qui tot notis donis invidet, quot ostendit et in nos instillat Deus.

Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, Jesus. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis, nunc et in hora mortis. Amen.*

(MS.) L. DE VRIESE, 1640—1723.

* From a MS. of 430 pp., preserved in the library of the Seminary at Bruges, entitled *Litaniæ Lauretanæ SS. Nominis Jesu et divi Bernardi.*

VI.

Totus nunc in te toto pręsens, nosti necessitates.

1. Da, si tibi libet, in mundo te sequi.
2. Imo nullo instanti separari.
3. Da nostros carnales motus vincere.
4. Nunquam imbribus gratię destitui.
5. Necnon voluntate tuę mandanti omnimode submitti.
6. Da mihi, morte bona secuta, te Deo frui.
7. Da Defunctis vitam ęternam.

1716. Anon.

From *Præparatio et gratiarum actio Missæ*,
Montibus, 12mo.

Probatio (IV—VI).

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
19	6	7	10	25	2	1	1	29	5	13	26	19	2	2	11	20	30	19

Summa, 247.

Matt. vi. 9, 10.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo et in terra.

Anagramma.

Te illuc cantent, Divina voluntas!
Vocatum est Nomen Ejus Jesus
Qui confirmat præterita, scit futura.
Regnat in æternum.

Matt. vi. 11.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Anagrammata.

1. Nutrit nos pane Homo Dei. Num do quid? Amabis.
2. Quis hos nutrit pane mundo? Homo Dei. Da bima.
3. Quid? Per sonum Deus homini donabat monita.
4. An adsum bonis? Homo non perit qui it ad Deum.
5. Bonis adsum. An homo perit, qui it ad Deum? Non.
6. Sion! numquid pro homine Deus monita dabat.

Matt. vi. 12, 13.

P. Et dimitte nobis debita nostra.
A. Dimittet; et nobis reis dat bona.

Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.
Cur sistis? Dimitto: Remittit nobis bonus Deus.

Et ne nos inducas in tentationem.
Nimie canite: Deus non tentat nos.

Sed libera nos a malo.
O alme Libane, das ros?

L. J. Caris.

His own MS. (1854). See Bibliography.

SALUTATIO ANGELICA

AND

SALVE REGINA

SALUTATIO ANGELICA

54 Anagrams

and

SALVE REGINA

12 Anagrams

SALUTATIO ANGELICA

Anagramma.

A colle vi tante agis.

Programma.

Ave Maria, gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui IESVS. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Anagramma I.

Subveni et benedic, alma Maria grata sponsa Christi ; Mater summ. Dei. [En] tu vas intus virtute nitens. Tu placens fructu(m) * vitæ. Benedic nobis monstra [reis] interiora robora, o vera medecina peccatorumi

Probatio.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	s	t	u&v	
17	5	8	4	17	1	1	1	17	2	8	13	8	3	13	12	15	14	= 159.
										9						11		

* S into m.

Anagramma II.

On the *Salutatio Angelica*,

By P. Laurentius Baptista, S.J.,

In the *Decas Mariana.* Pragæ, 1673. 4°.

Ad
Beatissimam Dei Parentem
sine labe conceptam
Cujus immaculata Conceptio à Societate
Jesu jussu sanctissimi Domini
nostri CLEMENTIS IX. cum Octavâ
celebratur.

Rara ô ter cari, Mater sine labe, TONANTIS
Permagnos SVMMVS CLEMENS tibi pandit honores.
An SOCII JESV, CONCEPTVS festa beati
Curant DIVA tui? OCTAVAM ii dant. Næ VRBE virebunt
Miti decursu rerum.

Probatio.

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	s	t	u	
16	1	5	8	4	16	1	1	1	17	2	8	13	8	3	13	12	15	14	= 159.

Anagramma III.

On the *Salutatio Angelica*,

By P. Adalbert Tylkowski, S.J.,

In Appendix to *Fidelis Prophetissa.* 1674. 4°.

Ave [1] Beata Arca Dei [2] Mons rubi [8] Turris,[4] Luna,[5] Thronus,[6] Botrus,[7] Turtur,[8] Ignis,[9] Thus,[10] Cedrus,[11] Vita.[12] Spes mundi unica.[18] O Fons pietatis perennem te monstra animæ meæ! Sana vitii cicatrices: cœli concede brabium.

(1) Andr. Jerosol. in Salutat. Ang.
(2) Do. et Chrysip. Or. de Deip.
(3) and (4) Bern. Serm. 4 supra Salve.
(5) Chrysip. Or. de Deip. (6) Joan. Geom.
(7) Hesych. Orat. 2 & Apon. l. 4 in Cant.
(8) Joan. Geom. (9) And. Cret. Or. 2 de Assumpt.
(10) Ildefons. Serm. 1. Assumpt. (11) And. Cret. ut supr.
(12) Ephrem de Assumpt. (13) Amed. Lausan. hom. 8, & August. Serm. de Natali.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r	s	t	u	
17	5	9	4	17	1	1	2	17	2	7	13	8	3	13	14	14	15	= 162.

$\frac{\text{c h s s a}}{\text{m t}}$

Anagrammata IV.—XI.

On the *Salutatio Angelica*,

By P. F. Christophorus Klimeccius, Ord. Min. Ref.

In *Liber Anagrammatum pro Immaculato Ortu Beatissimæ Virginis Mariæ.* Zamoscii, 1696. 12°.

IV.

Te Maria Immaculatam in via notanter tenuerunt SS. Viri Dominicus ac Thomas Angelicus; jam ecce nunc parati Scotistæ id monstrare sat probè, profunde, evidenter, uberibus rationibus exemplis et rebus.

V.

Ave Scote ut Adamas ut Cherub. Tu brevi orans brevi factus in anima Doctor Subtilis, & non inane: nam Subtilissimam Conceptionem DEIPARÆ CC Argumentis enodatis iterum verè in terra parturis.

VI.

Astute Dæmon, astu non stes hîc abi nunc abi in tartara. Ecce Purissima de Ore Altissimi prodivit, primogenita ante omnem Creaturam, nunc verè fecit ut oriretur lumen cordibus, Natus Abba, Jesus.

VII.

Cerno non dubius sat beatè & àbs ferro, arte non vi vicisti, captum Draconis Caput premens contrivisti Mulier Sanctissima, bene Terribilis ut Acies ordinata: ergo ut æthra una, me unum ama Deum.

VIII.

Sicut lilium candidum in rubo spinarum; sic et Tu o Purissima Mater Jesu inter natas Adami terræ peccanti fragras, Tu bona et bene Mater es hominibus. Tu cor Deo. Tu et Corona unicè vernans Beatis.

IX.

Eia (Originali non vitiata peccato) mira MARIA; Verbum abbreviatum fecit Dominus oriri super terram, nonne per Te? Re est inhabitat Te. Sanctus Sanctus Sanctus Cœlorum Dominus, Benedictus Deus.

X.

O mi candidissima Turris eburnea, Tu Virgo labis nonscia, in tantùm ut & Immaculata. Tu Herois benefica præbens Deum omnibus. Tu in terra ter miseros secunda, pasce Carne & pota Cruore Nati Tui.

XI.

Tu rubens Rosa Beatissima, Natum Dei uberibus lactans, suscipe nunc M. encomiorum tributa a misero Ente CHRISTVMFERENTE, donec alia per cantum nascantur & ita addantur. Ito eis Virgo, o'i.i. præi.

The following three anagrams are also by C. Klimeccius, and are taken from :

Messis Liliorum Quinaria Ex Horto Mariano falce anagrammatica collecta, etc.

Cracoviæ, Typ. Univ., 1688. 4^{o}

XII.

Eva morsu pomi vetiti ruit, ac Paradyso privavit nos. Tu Mater IESV non tardè ; nam tunc succurrens, nos nunc redire facis. Hinc bis beatam, ter benedictam, te tutam abs originali labe seriò tenemus.

XIII.

Mariam desuper immunem a venatu dæmonis sat piè adoravit Urbs Leopolis. Inventionis hoc genere, tu Maro Craci, tu Biessanovi, ut sunt barbita feri, ter DCCC. canente carmine, ut sit tuba turris.

XIV.

Anagramma on the whole "Salutatio Angelica."

Maria rosa sine spina peccati, amor est, & delicium cordis tui : Tu Vir Magne, Stemmatis Rosei. Beata hæc mens, labi innocens, pura uni datur, nutu benedicet ; ut fiat tua bis rubens Virgo Corona.

The thirteenth anagram is addressed to Stanislaus Josephus Biezanowski, Leopol. Professor of Poetry and Doctor of Philosophy in Cracow University, who, having been blind for nearly thirty-five years, occupied himself in writing poetical epigrams on the Anagrammata Virginea of I. Baptista Agnensis and Christoph. Klimeccius, the Canticles, and other subjects connected with the Virgin Mary and her Immaculate Conception.

The fourteenth anagram is addressed to Andreas Zydowski, Vexillifer Cracoviensis.

Lambertus Pevée, Minorita Belga, wrote thirty-five anagrams on the entire *Salutatio*, which are copied elsewhere.

ANAGRAMS ON THE WHOLE "SALUTATIO ANGELICA."

ANAGRAM L.

By P. BOHUSLAUS BALBINUS, S.J., in his *Diva Wartensis*, etc.
Prag. 1655. 4°.

Chare Sodalis ama ! ut non te peccata morentur
Ingrediare sinum, tuus est, clauderis in isto.
Totus ibi Matrem bibe, sæpius ubera prensa ;
Nam tibi nectar erunt, cordi favus, omnia vincet,
Vincet amor.

ANAGRAM LI. (Anon.)

From the *Præparatio et Gratiarum Actio.*
Montib., s.a. 12°.

E substantia tua munda, Maria serviente verbo, Christo Corpus et Sanguinem mundum ministrasti. Fac servulo tuo de tali cibo sancto in tempore presenti cibari ac in eternum ab eâ escâ nutriri.

ANAGRAMMA LII.

By PETRUS DE MANCUSO LEONFORTENSIS, from his book, *De Immaculatæ Virginis illibata Conceptione Anagrammata.*
Panorini. 1664. 12°.

Ista est pura veritas : absint, absint Orbis dubia ; rectus non erro, audite omnes, meum tantum credite verbum ; ac notum sit venturis. Hæc Rosa pulcra sine Adæ originali crimine concepta fuit.

Here SUMMA = 154. Amen omitted at end.

Anagramma LIII.

From the *Conceptionale Biblicum Anagrammaticum*, by Domino Fidalmi, *i.e.* Flaminius Dondi.

Urbini, 1727. 8°.

Vivat Creatura Electa, Electi Parens Unigeniti :
Custos dives mundum Rudimentis evitabit funus ab umbris.
Immunis ab omni strato erroris, sine horrore animæ concepta dat sperata cuncta bona.

Anagramma LIV.

By Manoel Caetano de Sonsa, *vid.* {*Barbosa* / *Bib. Lusitana.*}

Matri Admirabili
Beanti ripam Iberi
Aram Refugii
à Columna nuncupatum
statuit
IACOBVS
Ore vera docens
Custos Hispaniæ
Tonitru ardens
rubente stricto ense
cuneum destruet
suis nocentem.

Summa = 159.

From Alva et Astorga : *Militia*, etc., pp. 899—905.

Lambertus Pevée, Ordinis Minorum Belga scripsit inter alia sequentia : Gloria Immaculatè conceptæ Deiparæ Virginis MARIÆ totius Ordinis Seraphici Patronæ, variis S. Scripturæ locis et Chronicis adumbrata, & 23 anagrammatibus prorsus puris, ex Angelicâ Salutationis integrâ, prout ab Ecclesiâ recitanda proponitur deductis, exornata.

Programma.

Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui JESVS. Sancta MARIA, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

Probatio.

A	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	R	S	T	V	
17	5	8	4	17	1	1	1	17	2	8	13	8	3	13	12	15	14	= 159.

Anagramma 1.

Siste Adam : ob IESVM Virgo summè tuta vincet ; in acerba carnis ac mundi peste, ab hominum sordibus purè intacta nitens a Romano Pontifice declaratur. Iure arbor vitæ sancte virens intus claret.

Chronica.

1. pVLChrItVDo MarIæ.
2. tanDeM orbI pVbLICatVr.
3. ab aLeXanDro roMano pontIfICe.
4. pVrIssIMa DeCLaratVr.

Anagramma 2.

Super aspidem subjectum et basilicum ambulans, vetusto morsu intacta, magnifice triumphat. Ara est verè eburna, divino candore ornatur, in tenebrosâ Adæ nocte, ortu criminis inscia renitet.

Chronica.

1. DIrVM serpentIs CapVt pLanta proterens. Gen. iii.
2. TVrrIs ebVrnea spLenDore spLenDIDa. Cant. vii.

Anagramma 3.

Sicut lilium est inter spinas, sic amica mea inter natas Adam vocetur. Cum virtute venit : unde Christo præservante, ab anguis obscæni turbida rabie et mortis mucrone omnino defensa probatur.

Chronica.

1. LILIVM aLbI nItorIs Inter spInas ADæ. Cant. ii.
2. EVa sIne Væ MaLeDICto. Gen. iii.

Anagramma 4.

Candor est nivis æternæ, speculum sine maculâ, Imago bonitatis Dei purè emicans, ab Adam mortui fortè necem cruentam vincens, fortior abstrahitur, puritatibus vivis certò abundat.

Chronica.

1. SpeCVLVM DeItatIs. Sap. vii.
2. CanDeLabrVM VerbI æternI. Ex. xxv.

Anagramma 5.

Bolum blandientis anguis Eva capit; Deipara charitate fortis renuit. Rubus est pomi crimine incombustus, arca Noë undis non submersa, ortu intactè aurea, sorte et nece Adami immunis creatur.

Chronica.

1. ArCa Noe DILVVIO non Mersa. Gen. vii.
2. MarIa eVbVs flagrante CharItate arDens. Exod. iii.

Anagramma 6.

Sicut vellus Gedeonis cæteris siccis roridum madet; sic una munda parens naturâ, ruinâ non tacta turtur, merè ac summè in orbis siccitate, ab omnipotenti bonitate perfusa habetur.

Chronica.

1. VeLLVs GeDeonIs IMbre Largo rorans. Jud. vi.
2. TVrtVr Casta Deo aMabILIs. Cant. ii.

Anagramma 7.

Sol obviæ Lunæ nitorem, dat Christus Matri auri pomi munditiem, ab agno cara creatur ne dubites, domum obscænam purissimus renueret. Nato beato recta innititur, ac sine peste facinus nescit.

Chronica.

1. DoMIna Vt soL VnICa. Cant. ii.
2. LVna pLena seMper fVLgIDIor. *Ibid.*

Anagramma 8.

Sicut palma in Cades mirè sublimata, vita victrice virens. Sicut rosa in Iericho in amorem rubens bonam fragrantiam bene odora præbens, tota purè munda nitet, sanctè dives est, cursu tuto venit.

Chronica.

1. PaLMa In CaDes eXorIens. Ecclesias. xxiv.
2. oDor rosæ amœnæ eXhaLans è IerICho. *Ibid.*

Anagramma 9.

En pulchri sunt gressus tui filiæ principis, tu a casuum ac mortis discriminibus omnibus remota: tu ab æterno roborata et merè beata tutò incedis: unde te naturæ niveæ sanctè mirandam cerno.

Chronica.

1. MarIa genVIna Deo prInCIpI fILIa. Gen. vii.
2. VIrgo præCLara Manè aDIVta. Psalm xlv.

Anagramma 10.

Ut hortus conclusus soror mea sponsa, et fons benedictione mirè signatus, Divinâ Nati cari virtute ab Orci rapacibus manibus liberetur: manet in Adam verè dicta pura, ac summè intemeratè nitet.

Chronica.

1. HortVs DeLIClarVM. Cant. iv.
2. Fons CLarVs ab oMnIpotente Deo sIgnatVs. *Ibid.*

Anagramma 11.

Ab ore altissimi prodivit primogenita ante omnem creaturam. Christi nati temperantiâ obumbratur, ornatu casus Adam puro vestitur; unde sicut nævo carens, dives manens te crescens jubilat.

Chronica.

1. ThronVs sanCtVs DeI SaLoMonIs. 3 Reg. x.
2. DoMVs præparata ChrIsto sàLVatorI. 1 Paral. xiii.

Anagramma 12.

Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te, ter immunis vincens superbi caput conteris; tu rugam Adam cum Nato mirè abradis; tu turris tota eburnea stes, in robore IESV ab inimico defenderis.

Chronica.

1. Tota pVLChra est, tota DIVIna, tota forMosa. Cant. iv.
2. TVrrIs ebVrnea, splenDIDa CanDore. Cant. vii.

Anagramma 13.

Tu ab ortu immaculatè nivea parens, ruinâ mundi et originali peccato carens, tu mente summè bonâ virtutibus et corde sancto bene admiranda; fractas serpentis hostis vires mirè invicta obruis.

Chronica.

1. AIbiora nItIDa ante soLeM ConsVegens. Cant. vi.
2. Deo Vero reCLInatorIVM. Cant. iii.

Anagramma 14.

Creavit eam in Spiritu Sancto, nive orta est omnibus lucidior, ab æterni fontis sanè purissimi charitate mundè creata, victum superbum terens, nec à damnatu maculâ sordens, orbi gratè obvenit.

Chronica.

NVbes DIeI atrIs In tenebrIs CLarIssIMA. Ps. lxxvii.
Non sorDens MaCVLa orbI gratè obVenIt.

Anagramma 15.

Sicut oliva speciosa in campis abundante charitatis pinguedine imbuta est, mirè emanans formatur velut jubar munditiæ venustè micans, nocte et sorde carens, orbi terrarum sancte oboritur.

Chronica.

1. QVasI oLIVa De CaMpo. Eccles. xxiv.
2. NarDo CœLItVs IMbVta. Cant. i.

Anagramma 16.

Astu orci omnes nece miserâ, Adami crimine cadunt, sed Deipara nostra fortior omnibus bestiam vincens, sine casu per Natum tuto bajulatur ; hinc ortu casta est, bravium tenet, bene privilegiatur.

Chronica.

1. MarIa Vt aCIes orDinata hostI terrIbILIs. Gen. vi.
2. IVDIth fortIs MaLIgnI pernICIes. Judith xiii.

Anagramma 17.

Fundamenta ejus in montibus sanctis ab orci vento abominando et diris tempestatibus inconcussa præservantur : verè munda, horribili maculâ caret, vitâ certè emicat et purissimè generatur.

Chronica.

1. SVper aLtos ChrIstI Montes fVnData. Ps. lxxxvi.
2. GLorIosa DeI regIs oMnIpotentIs CIVItas. *Ibid.*

Anagramma 18.

Carnis criminibus Virgo nobilis caret et absorptam mortem in victoria ut intermerata superat, vadet Nato suo sublimis adhærens, nec noctu cadens, una venit verè, purè et mundissimè fabricata.

Chronica.

1. ArCa pVra è LIgno setIM tota DeaVrata. Exod. xxv.
2. Nato aDIVtorIVM pLaCens. Gen. ii.

Anagramma 19.

En amica mea, columba mea, immaculata mea, puritatibus nitentibus formatur, nec ab horrenda pestis tabe ruens perditur, sine nece originis, sive vetustis ruinis, corde intacto durans coronatur.

Chronica.

1. CoLVMba DIVIna. Cant. ii.
2. ALtare DeaVratVM InCensI. Exod. xxxv.

Anagramma 20.

En clara verbi tuba, et buccina per anguem non inflatur. Ista orbis decus creditur. Deitatis hospitium Adam carnei miseriam nescit, uno Nato summo beata, sanctè, ornatè, venustè, purissimè oritur.

Chronica.

1. OrbIs nostrI DeCVs In aLtIssIMIs habItas. Eccl. xxiv.
2. TabernaCVLVM DEItatIs. Ps. xlv.

Anagramma 21.

Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob: bene enim creduntur mirè purissimæ ac à virtute rectæ, hosti maturè et accuratè obserantur.

Chronica.

1. IanVa aD orIenteM CLaVsa. Ezech. xliv.
2. CoLVMna IgnIs tenebras De orbe fVgans. Exod. xiii.

Anagramma 22.

En una certè cum Nato verè summè venusta, sanctè ac merè ehara formata est. Angelicis potestatibus sublimior manat; nivibus candidior paret; sideribus nitentior ardet; unionibus purior micat.

Chronica.

1. CeDrVs sVpreMa LIbanI. Eccl. ii.
2. MIrrha et LeCta sVaVIter odora. *Ibid.*

Anagramma 23.

Cantate Domino canticum novum, mirabilia fecit, potenter salvavit sibi ab origine creandam, manus ejus et brachium sanctum ejus peste et sordibus carens oritur, et sana donatur.

Chronica.

1. Veste DeaVrata regaLIter aMICta. Ps. xlv.
2. DILata noVItas sVper terraM faCta. Jerem. xxxi.

Lambertus Pevée also wrote:

"Corona Mariana stellarum 12, totidem Anagrammatibus prorsus puris in favorem Immaculatè Conceptæ Deiparæ Virginis MARIÆ . . . exornata et variis Chronicis ex Scripturâ sacrâ illustrata."

It consisted of eleven of the preceding anagrams with their chronica—viz. Nos. 1, 3, 5, 4, 6, 7, 8, 10, 11, 12, 17. and the following fresh one to end with :

ANAGRAMMA.

In capite ejus corona stellarum duodecim ; nam caput seu initium vitæ ipsius ab astris ac sideribus micantibus bene coronatur, è terrâ mundè factum est, regnat, amore ab intra nitens honoretur.

CHRONICA.

1. VIrgo CapIte astrIs reDIMIta nobILIs.
2. RegIna peDe gLorIoso LVnaM sVppLantans. APOC. xii.

Lambertus Pevée also wrote :

"Canticum Anagrammaticum Marianum Immaculatum, cujus singuli versus Anagramma prorsus purum de Immaculata Conceptione Deiparæ continet ex integrâ Salutatione Angelica erutum."

V. 1. ANAGRAMMATICUS.

Magnificat anima mea Dominum ; namque me corde puro sanctè rutilanti ornans à labe carnis præservavit, nec victor robustus deseruit ab hostibus terræ nocentibus victis re evidenti tutam.

CHRONICON.

Ego VIrgo nIgra, seD pVLChrè forMosa. CANT. i.

V. 2. ANAGRAMMATICUS.

Subsiliit spiritus meus in Deo salutari meo : nam ipse cunctorum in morbo medicus, ab atra turbæ ægritudine mihi præservator est, ima Nato vincente nitens eructata sanctè ac mundè fabricor.

CHRONICON.

Ego pLatanVs MIstICa prope aqVas fronDens.

V. 3. ANAGRAMMATICUS.

Fecit enim mihi magna si potens est, ac sanctum nomen ejus: nam ob sanctitatem domus auro pura ei debetur, potentia absolutè dabit, sic in diris ruinis turtur vere salva, ac re eburna carni eructor.

CHRONICON.

Ego fLorIDVs fLorIs thaLaMVs. CANT. i.

V. 4.

Ab instanti primo Conceptionis vidit humilitatem famulæ suæ, turtur cara viribus sacris stans atrum virus nescio: ecce inde ab ortu merè puro abundanter beatam dicent omnes generationes.

CHRONICON.

Ego aroMatICa è Deserto VIrgVLa. CANT. iii.

V. 3. ANAGRAMMATICUS.

Et misericordia ejus a progenie in cæteras rectis timentibus eum: unde multò ampliùs ac sanctius in me Matre virtus pura habebitur: non dubitabis Nato nitens fundor, ac ornata casta creor.

CHRONICON.

Ego aqVa VItæ De LIbano DesCenDens. CANT. iv.

V. 6.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbum mente cordis sui, ac mente cordis mei; nam ab eo natura matris virtutibus verè diva labem salvata vincens, ac ignorans, ornatu nitente creatur.

CHRONICON.

Ego aManDa ChrIstI soror parVULa. CANT. viii.

V. 7. ANAGRAMMATICUS.

Deposuit potentes de sede et sublimavit humilem ab instanti originis; nam sibi de me nascituro Matrem e naturâ bonâ puram fecit, nec sub carne ac orco stravit: turtur sacra, cara, vivens invenior.

CHRONICON.

Ego CoLVMna nVbIs per DIes. EXOD. xiii.

V 8. ANAGRAMMATICUS.

Esurientes replevit bonis ac divites dimisit inanes, non me emittens hosti vacuam ac inanem : sed bonis grandibus ab ortu replevit, purè orta sacror, ab ictâ morte cum naturâ rectâ futura vincam.

CHRONICON.

Ego InVIoLata fœDerIs arCa MIIsterIIs referta. EXOD. xvi.

V. 9. ANAGRAMMATICUS.

Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ, ab eo Redemptoris Matrem nivibus albentibus ac nitentibus nitidiorem creans, hinc una Nato formante tuta ac vincenti nota grata.

CHRONICON.

Ego terra saCerDotaLIs trIbVtVM non præbens. GEN. xlvii.

V. 10. ANAGRAMMATICUS.

Sicut locutus est ad patres nostros Abraham et semini ejus in sæcula, puritatem meam orbi et nocti prædicens; ab omnibus enim vatibus in terrenti carne, ornatu grate munda invictè futura dicor.

CHRONICON.

Ego InCensVM VItæ reDoLeo. LEVIT. xvi.

11. EPILOGUS ANAGRAMMATICUS.

Gloria Patri me natam, Filio Matrem, Spiritui Sancto Sponsam, Trinitati ceu sacrarium nitoribus ab ortu sanctè ornantibus creanti : sum decus verè, rectè, abundè, niveè, divè, ab hoste carens.

CHRONICON.

Ego tabernaCVLVM DeItatIs.

From ALVA Y ASTORGA, same book, Louvain Libr., the following ascribed to GUL. BLITTERSWYCK.

PROGRAMMA.

Vivat diu etiam in sæcula et in pretio Mariæ Alexander Septimus.

ANAGRAMMA.

Lis mira pereat ex unica Deipara, et intima salus veniet domui tuæ.

PROGRAMMA.

O Lux Dei Tu mater sine maculâ et spinâ.

ANAGRAMMA.

Et jam convaluit Alexander Septimus.

SALUTATIO MARIANA.

ANAGRAMMA.

Maria nos alat vita.

PROGRAMMA.

Salve Regina, Mater misericordiæ, Vita, Dulcedo et Spes nostra salve. Ad te clamamus exules filii Evæ. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrymarum valle. Eja ergo Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et IESVM benedictum Fructum Ventris tui nobis post hoc exilium ostende o clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

Probatio Literarum.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r
26	2	14	11	38	3	4	2	25	16	15	13	21	4	17

s	t	u	x	y	
27	20	24	2	1	= 285.

Anagrammatismus.

Anagramma.

Armatis magna sum.

ANAGRAMMATA ON "SALVE REGINA."

I. By Luc de Vries.

*{Regina Cœli lætare Alleluja. nam
Iesum meruisti portare Alleluja
Resurrexit sicut ait Alleluja
Ora pro nobis Deum}
Tu flos Maria, Tu dos hic regens
Fove castos doctos cogens.

Per te accessum inveniamus ad Filium. Per te deleat nostra crimina Deus ex te nobis natus. Deduc o castissima mulierum moërentium custos hosce devotos egenos ad Lucem Dei.

II. By D. Lucas Carolucius, quoted in Caramuel's *Metametrica.*

Cœlestes cives jam verè effundite versus,
  Plaudite vos divas sollicitate lyras;
Est sine labe, micans concepta Puella, vigescens,
  Dæmonis horrendi cornua sæva scidit;

* Antiphona Paschalis.

Mox Homo, redde modos ad cœlica tecta ; Tonantis
Surrexit meritis immaculata Parens ;
Tum demum, o vere melicum Ver, Orbis Origo,
Florigeras Musas solvat, ut euge tonent
Alleluia.

III. By P. Laurentius Baptista, S.J., in his *Decas Mariana.* Pragæ. 1673. 4to.

Pura in mente Dei visa, & prævisa Virago
Virgineè fulges ante in post munera Matris
Sidera te, te terra, Deus te, imò omnia Puram
Ore canunt uno, te dicunt cuncta Beatam.
Sol es (Sol* illex ex more, ô discute fumos,
Ac da successus) de sede hic solus amore
O Sol† colluces, ac illo Sydera‡ mergis
Sol illis fidus. Iam de te Rostra movebunt
Olim (hei !) vi maculæ tecta ?

IV. By P. Bohuslaus Balbinus, S.J.

Originally published in his *Diva Wartensis, seu origines et miracula Mariæ, quæ Wartæ, Siles colitur.* Prag. 1655. 4to.

Beatissima Virgo consolatur Sodalem *Salve* recitantem.

1 1 1111213 12112 34121 142 53212 3313244
Me salvere cupis ? Venio tua Virgo, Sodalis,
Sic te claudo sinu Mater, lac accipe nostrum,
Ubere cælestes destillo mellis honores,
Et tergo lacrymas, et vultum amplector amatum.

* Naturâ attractivus ; illicio enim idem est quod attraho.
† Maria sol mysticus.—Richar. a S. Laur. l. 7, p. 453.
‡ Maria sol diei mystici.—S. Ansel. hymn. 2, de variis festis B.V.

Arbor ero vitæ, spes si in me fixa reclinet.
Fide Deo : juvat ingenuos mea cura Sodales.
Dein vultu ostenso, mea maxima Gloria Christus
Te fessum (o jocunda dies) in Sidera condet.

The above anagram appears in Caramuel's *Metametrica*, Tylkowsky's *Fideli Prophetissa*, sub finem, and *Selhamer*. In both the latter books it is misprinted. Caramuel gives the figures for each letter as they were in the original.

V. By Ioannes de Landres, Iesuita.

Salve ô Virgo Parens, miserorum o juge levamen,
Spe ter fida, salus constans, Dulcedo tuorum !
En te sollicita Evæ turba reclamat et ad te
Exul ab hac lacrymis immersa valle gemiscit.
Eja ergò ô miseris tutamen dulce relictis,
Ad nos de Cœlis oculos converte faventes,
Dum post exilii nostra hæc fastidia mundi,
Donô, ô Vita, tuo, possimus cernere IESVM.

Probatio Literarum.

II., III., IV., V., & VII.

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	r
24	2	2	14	11	36	3	4	2	25	16	15	13	21	4	17

s	t	u	x	y	
27	20	24	2	1	= 285.

VI. has Hevæ in Programma, and h = 3 in Anagramma, and so Summa = 286.

VI. By Manoel Caetano de Sousa.

Vid. Bib. Lusitana, and my MSS., vol. vi.

Madrid. 1630. 4to.

DEI GENETRIX
In *Columna* apparens
ad flumen Iberum
justa Cesaraugustam
ad dei gloriam
suimet laudem
Jacobo jussit suo
condere sacellum
felicem tutelam
Hispaniæ
Angelorum chori
lætantes edunt
dulces sonos
sacros hymnos
DOMVS AVREA
tu feres opem
Lusitaniæ
vero cultu
os veritatis es
eodem testi
os occludes
critico errori
LITES SILETE.

VII. From Petrus de Manenso.

Anagrammata de Conceptione illibata, &c.

Palermo. 1665.

Procul errores veho: hodie ore meo fluat verum ; mortales omnes cum sorde originali Adæ justè geniti sunt ; dumtaxat Christus et sua simul

sanctissima Genitrix, alma Salvatoris sedes, vas à solo Deo antè sæcula electum, sua mirabili conceptione nec debuit, nec potuit ferre ullas maculas peccati Originalis; iis de fide (summo Deo volente) credemus.

VIII.

[S. I. Biezanowski quotes this "anagramma mirabile," as he calls it, in his *Immaculatum Virginis Deiparæ Lilietum* (Cracov. 1684. 4^to^). He did not know the author, but says it was written in 1653. *A quopiam compositum, & Olomucij*, A.D. 1653. 6 Idus Sept. editum.]

Me salvere cupis? mi, sum tua Virgo Sodalis
En tergo & lachrymas, vultu amplector amico;
Materno te claudo sinu: lac accipe nostrum,
Ubero destillo cælestes mellis honores:
Et vitæ arbor ero; si in me spes fixa reclinat.
Fide Deo, juvat ingenuos, me cura Sodales.
Dein vultu ostenso; mea maxima gloria Christus,
Te fessum (ô jucunda dies) te in sidera ducet.

This is evidently the first attempt of P. Boh. Balbinus, which he improved two years later for his *Diva Wartensis*. This anagram is perfect, but *jocunda* must be read for *jucunda* in last line.

See Vol. K. MSS. for *three* Metrical Anagrams of 9 lines, hex. and pen., on the *Salve*, &c. . . . down to Amen = 289 letters, in *Salve Ernestinum* (Pragæ. 1710. 4°).

IX., X., XI.

Three metrical anagrams in *Salve Ernestinum* (Pragæ. 1710. 4°).

XII.

Flaminius Dondi also has anagrammatised the whole *Salve Regina* clause by clause in his *Conceptionale Biblicum Anagrammaticum* (Urbini. 1727. 8°).

6

HYMNS AND OFFICES
OF THE LATIN CHURCH.

HYMNS AND OFFICES OF THE LATIN CHURCH.

DECAS ANAGRAMMATUM

Divo Laurentio Martyri Laureatæ Hispanorum gloriæ consecrata.

PROGRAMMA.

Laurentianum.

OREMUS.

Da nobis, quæsumus, omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui Beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

LITERÆ PROGRAMMATIS PRÆDICTI & DECEM EX EO FACTORUM ANAGRAMMATUM.

13	3	3	6	5	21	2	2	1	26	5	21	17	16	5	3	19
A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r

21	21	33	1	
s	t	u	x	= 247.

ANAGRAMMA I.

S. Laurentius
Martyr vitiorum flammas extinguit.

Inter Levitas LAURENTI nobile lumen
Inter flammatos Heros firmissimè motus,
Motus in nobis extingue, arceque nociorem
Æstum. Sidereum mentis dispone Magistrum

(Divum Spiramen) qui motum muneret * aurum
Ausis † oppressis, unum det robur Amicus
Cordi, cor, vitæ nostræ ‡ qua vivat in ortu
Tuto actu purum.

Anagramma II.

S. Laurentius
Martyr Thesaurarius Ecclesiæ.

Laurenti § verax ô ! Thesaurarie, Sacrum
Ponis egenorum manibus, Sacra munera, quæstum ;
Securô ponis muro, teleque latebris
Infodis || edicto tutus promendo popellis.
Numum ¶ nimirum si tutò mittit egenis
Numatus,** sumtum †† censetur ferre Tonanti :
Is verò dudum misit, qui munia cælo
Unit : ibi Sors, mirum ævum !

Anagramma III.

S. Laurentius. Laureatus Martyr.

Dudum (Laurenti modò nexu infusus in usum)
Assensu summo, baccis te laurea sepit,
Qua tibi pomposum nomen, lumenque nitescit :
Laurus te cirro, redimitum tempora, comit
Flammarumque rogos inter, tutamine munit.
Usus æternum Numen tibi sarsit Honorum.
Ast ‡‡ æri vivo Virtus, ceû Sidus,§§ oriri
Æterno pergit.

* Charitas aurum notum.
† Passionibus.
‡ Quâ pro Quatenus.
§ Passus est Thesauros Ecclesiæ dedisse pauperibus.
|| Matth. xxv. Edictum Christi : Quod uni ex ministris meis fecistis, mihi fecistis.
¶ Numus & Nuñus dicitus in eadem significatione.
** Sic numatus & nummatus.
†† Sunptus et sumptus.
‡‡ Tuba famæ æternæ.
§§ At Sol indies oriri pergit.

Anagramma IV.

S. Laurentius Martyr adversus incendia Patronus.

Vulcani furias Patrone in tempore sistis
LAVRENTI, sævosque rogos, incendia vincis.
Imperium summum, roburque immobile dextrâ
In tempestates, flammæque incommoda stringis.
Unus tu prohibe nostris incendia tectis.
Immitisve auræ motus murmuræ. Retunde
Tu * sano uno ortu motus, tu murmura vultu.

Anagramma V.

S. Laurentius Martyr Fons venæ poeticæ unde Poeta influxus desumet.

O Laureatum, sancti LAVRENTI, Caput
Insumo † plectrum mente submissâ tibi.
Inde ergo lituum, barbitum, fides, tonum,
Me, Sanctitati cernuè sisto tuæ ;
Te namque lauro perspicio dignissimum,
Ex fonte mundo sumitur purus nitor
Venæque normæque. Mihi ‡ tum ruri ruis
Miros in usus Amnis. O § sudum ! O tuo
A rure || Ros.

Anagramma VI.

S. Laurentius Martyr tepiditatem igne sacratiore tollit.

Ad divos consisto tuos, æstusque
Fervens LAVRENTI ; frigus mirabile monstro
Immensis tutè cupiens ardoribus uri,
Ad votum stat pruna meum, quâ crate triumpha,
Immotus, monstrans summo cum lumine palmam !
Nunc pede (jure) tibi vicino vivere, summæ
Tutelæ ¶ nitor muniri munere, tritô
Nexu Justi.

* Ut Sol.
† Impendo.
‡ Tunc.
§ Serenum.
|| Dum serenum est, ros cædit.
¶ Craticula S. Laurentii, Asylum.

Anagramma VII.

Ignis S. Laurentii Martyris est Solatium atque Otium mentis.

Quam bene succedant nostro pro munere casus,
Incurrensque labor, si sacro lumine sudet !
Immiti prorsus privabor murmure mentis,
Ignisque exortu, refrigerio hospite motus,
O tutæ flammæ ! tua tuta incendia, Dive
LAVRENTI, nostræ sunt otio mitia menti ;
Imò tuum summum munus das * lumine voti,
Mî pius usu.

Anagramma VIII.

Craticula S. Laurentij Martyris est porta Religiosi Hominis.

Relligio præbet mihi verè nobile tectum,
Si tua LAURENTI, quâ ferves munia portæ,
Crates exornet : næ carcer mustens iste.
E quo discedam tutus, moturus in astra.
Ut volucris, proprium si stringam dummodo finem.
Imbutum † nimiùm mendo, quô terra tuetur
Iam sua ; non usu, non visu si sit opimum,
Non nisi missum.

Anagramma IX.

S. Laurentius in igne superis suavissimum odorem spirat.

Invictum pectus tutò, venerorque, colorque
LAVRENTI, tua membra rogô nil fessa, saluto.
Duris mens flammis, sacrumve cor igne probatum
Arrisit summè Superis, ipsique Tonanti
Summo (nam e terris summum dispersit) odore,
Nunc intrò trahimur tutæ in munimine vitæ
Dive tuæ, tutò ; inde omni vix absumus usu.

* Illustratione voluntatis. † Intelligitur est.

ANAGRAMMA X.

Ad craticulam S. Laurentij tanquam ad tholum in anathema perpetuum labor Poeticus suspenditur.

Communi studio, Divum normæve, moræve
Apprimè unimur. Dum Regno fido superno,
Primum LAVRENTI servit craticula * nobis,
Quâ commenta, tholo requiescent, pignore mentis.
Summa est ista quies, ac terminus : imo laboris
(LAVRENTI ! tu tutus ubi fers) terminus, uno †
Nutu summa rei nostræ sit, ùt exitus idem
Usus.

PROGRAMMA.

HYM. I.

Salve mundi Domina cœlorum Regina :
Salve Virgo Virginum, Stella matutina :
Salve plena gratiæ clara lux divina :
Mundi in auxilium Domina festina.
Ab æterno Dominus te præordinavit
Matrem unigeniti Verbi, quo creavit.
Terram, pontum, æthera : te pulchram ornavit
Sibi sponsam, in qua Adam non peccavit. Amen.

HYM. 2.

Salve Virgo sapiens, domus Deo dicata,
Columna septemplici, mensaque exornata :
Ab omni contagio mundi præservata,
Ante sancta in utero parentis, quam nata.
Tu mater viventium, et porta es sanctorum,
Nova Stella Jacob, Domina Angelorum
Zabulo terribilis, acies castrorum,
Portus et refugium sis Christianorum. Amen.

* Pluralis numerus pro singulare. † Pateris.

Hym. 3.

Salve arca fœderis, thronus Salomonis :
Arcus pulcher ætheris, rubus visionis :
Virga frondens germinis, vellus Gedeonis,
Porta clausa Numinis favusque Samsonis,
Decebat tam nobilem natum præcavere
Ab originali labe matris Evæ,
Almam, quam elegerat genitricem verè
Nulli prorsus sinens culpæ subjacere. Amen.

Hym. 4.

Salve Virgo puerpera, templum Trinitatis,
Angelorum gaudium, cella puritatis,
Solamen mœrentium, hortus voluptatis,
Palma patientiæ, cedrus castitatis,
Terra es benedicta et sacerdotalis,
Sancta et immunis culpæ originalis,
Civitas altissimi, porta orientalis,
In te est omnis gratia Virgo singularis. Amen.

Hym. 5.

Salve urbs refugii, turrisque munita
David propugnaculis, armisque insignita,
In conceptione charitate ignita
Draconis potestas est à te contrita.
O mulier fortis et invicta Judith,
Pulchra Abisai, virgo verum fovens David
Rachel curatorem Ægypti gestavit,
Salvatorem mundi MARIA portavit. Amen.

Hym. 6.

Salve Horologium, quo retro gradiatur
Sol in decem lineis, Verbum incarnatur.
Homo ut ab inferis ad summa attollatur.
Immensus ab angelis paulò minoratur.

Solis hujus radiis MARIA coruscat,
Consurgens aurora in conceptu micat
Lilium inter spinas, quæ serpentis conterat
Caput, pulchra ut luna, errantes collustrat. Amen.

Hym. 7.

Salve Virgo florens, Mater illibata,
Regina clementiæ, stellis coronata,
Supra omnes Angelos, pura immaculata,
Atque ad Regis dexteram stans veste deauratâ,
Per te mater gratiæ dulcis spes reorum,
Fulgens atella maris, portus naufragornm,
Patens cœli Janua. Salus infirmorum,
Videamus Regem in aulâ sanctorum. Amen.

Anagramma.

Salve ô virginei * flos illibate pudoris :
Maxima maternæ gloria laudis ave !
Tot tibi sunt laudes † quot cœlo sydera Virgo ;
Nam quod erat pulchris omnibus una tenes,
Nunc tamen et pulchris formosior omnibus una es,
Agnita nec primam labis habere notam.
O bene te natam ! te sæcula ‡ læta tulerunt :
Aurea § nascentis Virginis hora fuit.
Tunc rediit Virgo || : purissima luna reluxit,
Et maculæ nullum tunc habuere locum.

Tota quidem pulchra es, pulcherrima gloria rerum :
Forma nisi in magnas non cadit illa Deas ;
Nunc tamen o quanto te pulchrior ipsa videris,
Unica jam cœli munere Virgo parens !

* Ita salutatur Pomona. Ovid, *Met.* l. xiv., sub. 15.
† *Cf.* Proteum Parthenium Puteani.
‡ Virg. *Æn.* i. 609.
§ Primam sui horam fuisse auream mundi horam ipsa B.V. dixit S. Brigit. *Rev.* l. vi., c. 55.
|| Virg. *Ecl.* iv. Jam redit et Virgo.

Sic voluit Numen : tam sanctis annue * votis :
Sic genitô, felix Numine mater eris.
Virginitas non tota tua est,† pars maxima cœlo
Debita, nunc partes adjice sponte tuas,
Non ita virgines tua voto forma repugnat ‡
Sed nova jam proles, quod cupis esse, vetat.

Tu modo nascenti § puero, quo ferrea cessant,
Aurea nascuntur sæcula, casta fave.
Pro te susceptos juvat illum ferre labores ||
Tu pretium tanti, dulce cruoris eris
Clara dabit magni genitor ¶ tunc signa Tonantis,
Ac nova quæ monstrent Regibus, astra viam.
Serviet in sacro regalis purpura ** partu
Fulciet ac puros regio gaza pedes.
Ipsa tibi blandos †† parient cunabula flores
Grata verecundis lilia, mista rosis.

Florida virgineo vernabit germine Terra,
Mundior ac nato Numine mundus erit.
Ah valeant pulchris signata palatia stellis !
Tam nova cùm nostris gratia nata plagis.
Grata mihi salve ‡‡ superis gratissima tellus,
Patria quam cœlo prætulit ipse DEUS,

* " Annue votis. Sic mater eris " ait alicubi. Claud. de Nup. in *Epith.*
† Catullus in *Nupt. Carmine*, v. 61.
‡ Ovid, lib. 1, *Metam.* :
Sed te decor ipse quod optas
Esse vetat, votoque tuo tua forma repugnat.
§ Virg. *Ecl.* iv. 8, 9 : hunc imitatus cum Hier. Vida, Iac. Sannazarius.
|| Ambo hi versus sunt è Corn. Galli, *Eleg.* 3.
¶ Ovid, l. vi. *Fast.* v. 635.
** In purpura pariebant Orientis Imperatrices : ut eruditè docet Jul. Buleng : *De Imp. Rom.*
†† Virgil : *in Pollione* v. 23.
‡‡ Claudian, *De Raptu*, l. iii., v. 134.

Ille, velut gemmam * complectitur annulus auro,
    Te medium terræ jussit habere locum.
Tu Dea † terrarum es, Romanâ clarior Urbe
    Cui DEUS, ô rerum gloria ! civis erat

Iam tibi mortali cognatum ‡ a sanguine Numen,
    Iam tibi cum partu Virginis orta salus.
O nimium dilecta Deo sanctissima Virgo !
    Quam Deus in matrem deligit ipse suam.
Terræ delicium, Naturæ gratia nostræ
    Ah nimis à magno mater amata DEO,
Non reparat læsos nova gratia matris amores ;
    Gratus enim nullo tempore cessat amor.
Semper amaturæ carissimus ille parenti
    Quod volet in mundo Filius, illa volet.

Spes hominum, mundique salus ac lumina rerum,
    O Deus, ac magni Numinis alma parens !
Magna Dei Mater, miserans has respice terras,
    Sis Patriæ Mater, sit Pater ille suæ.

InCLytæ aVgVstæqVe DoMInæ
CæLestI DIVorVM fortVnæ
DIVæqVe CæLorVM regInæ
aLMæ VerbI DIVInI genItrICI
VnICæ ConCeptæ absqVe peCCatI MaCVLa
MARIÆ
ornatIssIMo DIVInItatIs habItaCVLo,
pretIosIssIMæ orbIs pVLChrItVDInI
pIIssIMo VnIVersI DeLICIo
aVreo MVnDItIæ speCVLo
totI pVLChræ DeIparæ gratVM aVe !

* Arabum est de Armuzia proverbium: si orbis esset annulus, gemma foret Armuzia. Hier. Card., *de Variet. Rev.* l. i., c. 4, p. 54.

† *Mart.*, lib. xii., epig. 8.

‡ Cognatum Numen aptè dicitur: nam sunt agnati, qui per viros, cognati qui per fœminas cognatione junguntur: Just. *Inst.* i., s. 15.

[On next page there follows a rather forced address to the Virgin, full of frigid conceits concerning his scribbled and ink-stained pages, which he offers to her whom S. Ephrem calls "Charta Divissima," and he offers it as her branded slave, her true *servus litteratus*.

(Signed) Fr. Ign. Stiller,
Minimus Jesu Filii Tui Socius.]

Numerus Litterarum

Quæ seu in Programmate, seu in Anagrammate, neque plures, neque pauciores repetuntur.

A	Æ	B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	Œ	P
207	15	20	61	37	155	13	41	15	179	84	97	122	95	4	46

Q	R	S	T	V	X	Y	Z
11	142	136	138	160	4	1	1

HYMNUS

Die S. Laurentis Martyri sacrâ, ad Vesperas dici solitus.

Programma.

Deus tuorum militum
Sors et corona præmium,
Laudes canentes Martyris
Absolve nexu criminis.
Hic nempe mundi gaudia,
Et blanda fraudum pabula
Imbuta felle deputans,
Pervenit ad cælestia.
Pœnas cucurrit fortiter
Et sustulit viriliter,
Fundensque pro te sanguinem,
Æterna dona possidet.
Ob hoc precatu supplici
Te poscimus piissime
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam servulis.

Laus et perennis gloria
Patri sit atque Filio,
Sancto simul Paraclito
In sempiterna sæcula. Amen.

Gloriâ et honore coronâsti eum, Domine,
Et constituisti eum super opera manuum tuorum.

Oremus.

Da nobis, quæsumus, omnipotens DEVS, vitiorum nostrorum flammas extinguere qui Beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum nostrum IESVM Christum Filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Probatio.

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	œ	p
51	7	8	23	18	66	7	6	6	75	24	48	47	43	1	25

q	r	s	t	u	x	y
5	52	57	61	75	3	2

Summa = 716.

Anagramma I.

Laureato Martyri Divo Laurentio Devotè Sacrum.

En purpurata Laurea
Et laureata Purpura!
Triumphet in Laurentio,
In martyrum Fastigio!
Flammis ut aurum traditus
Mastigibusque subditus
Flos hostiæ succenditur,
Laurentius deuritur.
Ut suavitatis cinnama
Et gratiarum balsama,
Ad usque scandit sidera
Odor, penetrat æthera.

Prunæ, rosarum plumulæ,
   Mitis thorus craticulæ,
   Ut gloriosa culmina,
   Laurentio sunt lumina.
In mente rident dextere
   Splendentque nunc plus sidere
   Primo innocentes nomine
   Fortes pati pro Numine.
Artus hiante vulnere
   Corpusque scissum verbere
   Laurentio carbunculis
   Plus nunc placent, pyropulis.
Mi summe Victor, immemor
   Es Gentes? O fac sis memor!
   Membris tuis impendimus
   Modos, decus summittimus.
O munde nexo ab otio!
   Quin meta mea! metu obviô.
   Pio juves me fomite!
   Fœto* pate mox† momine!
DEO sit (opto) gloria
   Sit jus honoris, copia;
   Pax Trinitati Cælicæ
   Decus perennet unicè
   Summis‡ vijs, imis.

Elementa Programmatis et Anagrammatis.

51	7	8	23	18	66	7	6	6	75	24	48	47	43	1	25
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	œ	p

5	52	57	61	75	3	2	
q	r	s	t	u	x	y	= (with diphthongs) 716.

* Momen idem quod momentum (*Luc.* l. 3).
† Plenis rebus magni momenti.
‡ Modis maximis & minimis.

Anagramma II.

Gloriosâ Laureâ coronato Partheno-Martyri Divo LAVRENTIO dicatum.

Est tibi Laurenti jampridem debita Laurus ;
  A Lauro pridem nobile nomen habes.
Candes tu multùm rubes permistus honore :
  Purpurat in te nix : purpura sparsa nive est
Candide. Dilecto candenti, æstuque rubenti
  Es carus : caros mutuus ornat amor.
Crux fera Dilectum te par craticula, prensat :
  Affixi varijs estis uterque toris.
In cruce Dilectus flammis torretur amoris ;
  Æstu torreris cordis, et ignis ope.
Martyr, si populum vis uno nomine, cursu
  Unito populum, divaque ; pone pium.
In cruce Dilectus pia tela apponit : Agentis
  Devotô pensô, tu pia tela moves.
In cruce Dilectus nuda, de morte triumphat ;
  Laurifer in sævâ crate triumphat Honos.
In minimis (memini) medijs, magnisque Ministris
  Numinis, immistus mitis inhæret Amor.
Ærumnæ mœsto milleno stemmate fusæ,
  Assultu tenso, profluvioque gemant.
Submovet omne malum Virtus, ac ejus asylum ;
  Motu uno oggestô nubila temnit Amans.

Elementa Programmatis & duorum Anagrammatum Laurentianorum.

Decas | Anagramma | tum | Sancto | Ignatio | de Loyola | Societatis Iesu Magno | Patriarchæ & Fundatori, Grandi Na | tionis Hispanæ Splendori, di | cata.

Oblatio sui Sancti Ignatij de Loyola Societatis IESV Fundatoris.

Programma.

Suscipe Domine universam meam libertatem. Accipe memoriam intellectum, atque voluntatem omnem. Quidquid habeo, vel possideo,

mihi largitus es : id tibi solum restituo, ac tuæ prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultrà posco.

Anagramma I.

Sancto Patri Ignatio de Loyola Societatis IESU Fundatori, Libertatem suam & omnia DEO consecranti sacrum.

Aurea libertas, ipsi delara Tonanti !
Summum thesaurum, summumque acquirit honorem,
Qui sua cuncta DEO, seque ipsum dedidit olli.*
Ignati, summum culmen perfectio celsa
Attigerat tua, quando DEO postponis (Amori)
Omnia, et in summis hæret tibi gratia votis.
Cor vultum bellum, talem desumet ob usum,
Divô corde Dei.

Literæ Programmatis & Anagrammatum ex Concinnatorum exactè Numeratæ.

21	1	4	8	11	24	3	3	26	10	22	10	17	5	5
a	æ	b	c	d	e	g	h	i	l	m	n	o	p	q

12	17	23	29	= 252.
r	s	t	u	

Anagramma II.

Sanctus Ignatius Deo totus immersus.

Quam dulcis miti DEVS, est si immersio chara
Quâ mens mersa DEO nîl, quam divina peroptat !
Ignati, divo te tulè mergis ab alveo,
Cum mens mersa DEO, DEVS in te mergitur ipse.
Hic motum bullit tuto cor ad æthera motu
A quo si motu bullit, movet ocia multis
(Mirùm quos acuit) pia. Nudo splendor amicus
De vultu bene manat.

* Olli pro illi.

Anagramma III.

Sancto Ignatio, Dum cælum aspicit, sordet terra.

Quando decor cæli, stellarum vita, notatur,
Multumve, eventu e simplice, vilet humus ;
Ignati tibi sordet humus, dum sidera spectas ;
Dulcis ad intuitum, sordida terra poli :
Imo micant quocumque adeo è toto orbe valores,
Magni ipsi omnes sunt scobsque, jugumque merum :
Ampla beata Domus jam te, mi Homo, mite maritat.

Anagramma IV.

Duris Ignatius, Sanctissimæ Trinitatis Cultor et Speculator eximius.

Est sacræ Triadis Speculatio Chara ; sed altè
  Gustibus humanis visio chara venit.
Quam mentè Ignati, Triadem meditaris, opimè
  Observans oculô et lumine utroque legis.
O oculi mundi, mel quorum ea lectio summa !
  Summè ambo sapiunt, id meditando decus.
Quò dum qui tutò, et multum de lumine promit,
  Orbi tum aptatur.

Anagramma V.

Sanctus Ignatius socios suos, socios IESV appellans.

Haud à te Ignati ; vis dici a Principe IESV
  Latè omnes Socios, agmina multa, tuos.
Id bellè visum : cui subeunt omnia tutò
  Nomen ab hoc, titulô nobiliore, datur.
Ignati, mire motum, quod ductor IESVS
  Pro multa electus jure, cohorte tua est,
Qui dat spem miram, mitemque, suamque Supremus
  Remi quid ; dum tædam ? dat mera mella.

ANAGRAMMA VI.

Socius IESV in omnibus se accommodat IESV, cujus est Socius.

Quilibet è Socio addicto, Iesúque notatur
  Addictus : jungunt mutua pacta modum.
Proh qualem IESVM ! Socium talem inde notatur,
  O summum IESVM ! talis et ille datur
O IESV gestum ! talem Socii indè probatur :
  Actio quæ IESV ! hanc ejus amo, esse probo.
Quum mundam is terram reddit, gerulam Amphitriten,
  Ille bonam sumit.

ANAGRAMMA VII.

Nativitati Divi Ignatii de Loiola sacrum.

Pastor amat stabulum : [vere] dimittitur illi,
  Addictum eî studium ; dos ea dulcis ei !
Nascitur in stabulo (motu quo, nescio, Matris)
  Lojola : hâc Pastor sede notatus erat
Næ Pastor populi queat is jam comè vocari,
  Ambit qui multum, ducit, habetque gregem
Mundô hodie summè magnum, qui nomen IESV
  Summè lene, diu ‒⏑ meretur ⏑‒.

ANAGRAMMA VIII.

Divo Ignatio Loyolæ morienti dicatum.

O Orbi vasto solers, Ignatius, Ignis,
  Sat multum diro vulnere mortis, obit !
O Socii IESV ! qui charum perditis Ignem,
  Mente estote bonâ ; sic meliora cadunt.
Ad cælum latus, poterit clarescere mundo ;
  Sic altam dudum suppeditabit opem,
Quâ devotum, humilemve hominem, quam mitè tueri
  Vult ! quam munda adamat, justaque !

Anagramma IX.

Sancto Ignatio Loiolæ sepulto; ad cujus Sepulchrum Stella visæ.

Ad tumuli odeum, thesaurus nobilis hæret,
Igni stellato quem solidare placet.
Obducunt tua membra, etsi demortua, jugem
Thesaurum, Ignati, quem nitidè astra beant.
Jamque tuum loculum luci similem astra coronant,
Suntque ipso comoto visa micare die
Indè, DEO summo propiùs qui sidera spectat
O Divum immotum !

Anagramma X.

Sancto IGNATIO Societatis IESV optimo Authori, & primo Generali.

O mitè Ductor aureus
Summusque Patriarcha,
Vere cohortis melleus
Ignatius monarcha !
Qui Ductor edit regulam,
Sit ejus actitator
(Dum mentium ambit copulam)
Et mitis ampliator.
Lojola das in omnibus
Te dogma quam quietum !
Quodvis tuis Clientibus,
Tu norma, jus modestum.
Da, Dive, te de lumine
En amplæ Opes bene !

[Then follow the "Anima Christi sanctifica me" from *Decas Sereniano Sacra* (Pragæ, 1680); anagram ending "Hâc face me," and the Jubilus S. Bernardi, *Iesu dulcis memoria*, ending in anagram "Numen Herile redit," from *Decas Sacrorum Anagrammaticum* (Pragæ, 1672).]

HYMNUS

Die S. Ignatii Societatis Iesu Patriarchæ ad vesperas dici solitus.

PROGRAMMA.

Iste Confessor Domini colentes
Quem piè laudant populi per Orbem,
Hâc die lætus meruit beatas
    Scandere sedes
Qui pius prudens, humilis pudicus
Sobriam duxit sinè labe vitam,
Donec humanos animavit auræ
    Spiritus artus.
Cujus ob præstans meritum, frequenter
Ægra quæ passim jacuêre membra,
Viribis morbi domitis, saluti
    Restituuntur.
Noster hinc illi Chorus obsequentem
Concinit laudem, celebresque palmas,
Ut pijs ejus precibus juvemur
    Omne per ævum
Sit salus illi decus, atque virtus
Qui super cæli solio coruscans
Totius mundi seriem gubernat
    Trinus et unus. Amen.

[From *Decades Quatuor Plenæ dedicatæ* : Pragæ, 1681.]

ANAGRAMMA.

S. Ignatio Societatis IESV Patriarchæ Consecratum.

Æstus salubres cælitus
  Subdit plagis Ignatius,
  Brumam movens de cordibus
  Mentes beat caloribus
Ardore Divo sublevat,
  Usuque leni suscitat
  Cordis probi suspiria,
  Mentis piæ præcordia.

Replet scholas scientijs,
Iubarque dat Sacrarijs,
Ecclesiæque semina,
Rurique verna lumina.
Diversitates Hæresum,
Morum malorum scorpium,
Sacratiore Numine
Pellit, quatitque fulmine.
Ritus pios circumvehit,
Usus bonos passum serit :
Iesu triumphus eminet,
Pensumque mundus exhibet,
Deo Patri cum Filio,
Divoque stet Paraclito
Perenne Nomen : cælite
Unus beetur Numine,
Unus mundus.

NUMERUS ELEMENTORUM IN PROGRAMMATA ET ANAGRAMMATA.

28	7	12	18	13	49	2	2	5	52	17	25	25	21	15	8
A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q

33	49	31	56	1	
r	s	t	u	x	= 476.

HYMNUS.

Die S. Ignatii Soc. Iesu Fundatoris ad Laudes dici solitus.

PROGRAMMA.

IESV corona celsior
Et veritas sublimior
Qui confitenti servulo
Reddis perenne præmium.
Da supplicanti cœtui,
Hujus rogatu, noxij
Remissionem criminis,
Rumpendo nexum vinculi.

Anni reverso tempore
  Dies refulsit lumine
  Quo sanctus hic de corpore
  Migravit inter sidera.
Hic vana terræ gaudia,
  Et luculenta prædia
  Polluta sorde deputans
  Ovans tenet cælestia.
Te, Christe rex pijssime
  Hic confitendo jugiter,
  Calcavit artes Dæmonum
  Sævumque Averni Principem.
Virtute clarus et Fide
  Confessione sedulus,
  Iejuna membra deferens
  Dapes supernas obtinet.
Proinde te pijssime
  Precamur omnes supplices,
  Nobis ut hujus gratiâ
  Pœnas remittas debitas
Patri perennis gloria,
  Natoque Patris unico,
  Sanctoque sit Paraclito
  Per omne semper sæculum. Amen.

ANAGRAMMA.

[From *Decades Quatuor Plenæ dedicatæ* : Pragæ, 1681.]

S. Ignatio Societatis Iesu Fundatori voturum.

E Corde pensa cantica
  Ecclesiæ Respublica
  Ignatii primordia
  Cœtus sonent præconia.
Perspecta IESV Nomina
  Ducis recensent Agmina ;
  Vexilla IESV purpurant,
  Exercitum determinant.

Quæ pressa perstat pectore
Dulcedo, major fœnore,
In Orbis exit gratiam,
Omnisque Terræ lauream.
Virtutis omnis nucleus
Flos gratiarum thureus,
In Gentium solatium
Præbetur Orbi præmium.
Sermonis eloquentia,
Nuda actionis copia
Mentes Deo perliniunt,
Polum rosis dispertiunt.
Permanat huc dimissio,
Assurgit hîc depressio ;
Dei sed eminentia
Laude hîc nitet, frequentia,
Hîc vita cursu sospite,
Hic diva vena, perpete
Risu, susurris melleis ;
Fons suavè fusus circeis.
Deo Patri cum Filio
Divoque sit Paraclito
Perenne Nomen ; cœlite
Mundus beetur lumine
In apprenso Deo.

LITERÆ IN PROGRAMMATE ET ANAGRAMMATE ÆQUALITER POSITÆ.

42	7	5	27	19	74	6	6	6	71	19	26	44	33	2	27
A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	œ	p

5	48	51	43	53	3	= 626.
q	r	s	t	u	x	

Chronologicum postulatum.
S. P. IgnatI, HIspanæ GentIs Honor,
sIt sVper nos, & sVper popVLVM
beneDICTIo tVa.

Anagrammata

S. Francisco Xavierio Indiarum Apostolo Grandi Hispaniarum Honori sacra.
De S. Francisco Xavierio Indiarum Apostolo Antiphona.

Programma.

Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ
Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus,
Nimis confortatus est principatus eorum.

Oremus

Deus qui Evangelicum regni tui per barbaras gentes, et reconditas nationes, Sancti Francisci tui Xaverij prædicatione seminâsti, et ejus sanctitatem purissimi corporis incorruptione declaras: concede, quæsumus, ut, qui ejus memoriam agimus, eum morum imitatione sequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Anagramma.

[From *Decades Quatuor Plenæ*, etc.: Pragæ, 1681.]

S. Francisco Xaverio Indiarum Apostolo votiorum.

Intactum corpus post tristia funera spirat,
Xaveri, ridens integritatis honor!
Sit calx viva licet, membris instructa tuismet
Virgineis, igni nec nocet ipsa suô.
Munia mira! pedes per arenæ scalpra cruenti
Immo caput, pectus (dura rigore) manus!
Summa pudicitiæ vos instrumenta; videtis
Viva catenatæ dedita membra lui.
O curate artus nostros, contagio summè
In quos tristè furit, tristè furitque lues!

Ecce mihi sese morsuque, ustuque minaci
In medium vertunt ecce venena sinum !
In vos immodicæ feci momenta medelæ,
O Divi artus, vis, mensque salusque mihi !
O Summum è gemmis, muri munimen ! ⏑ – –

ELEMENTA PROGRAMMATIS ET ANAGRAMMATIS ÆQUALITER COMPUTATA.

33	5	2	22	11	50	3	6	3	61	7	37	31	21	10	6	32
A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r

42	41	53	2	= 483.
s	t	u	x	

Then follows—" O Deus, ego amo te "—and the Anag. Xaverianum on it, beginning : " O multum contra Pestem," etc., which is not new. [Reprinted from *Decas Seriniano sacra*: Pragæ, 1680.]

Then a duplex chronostichon:

XaVerI, InDorVM tV totVs Apostole steLLas ;
SeD totVs VIVIs stellaqVe soLqve MeVs.

and the following short anagram :

S. XAUERIVS = VERVS AXIS
= VIR SAXEVS
XAVERIVS = VIR AXEVS
= AXE RIVVS
DIVVS XAVERIVS = DIV VEXARI VSVS
IGNATIVS XAVERIVS }
GAVISI SVNT VEXARI }

Only twelve chronograms in this book :

SaLVe eX ætherIo (LaVrentI) LaVrea MVnDo,
EXIn MVnDI IstIs sVffICIs Vna pLagIs.
Ità, Ità, est ; sanCtVs LaVrentIVs DIspersIt DeDIt paVperIbVs.

ECCLESIA CANET IN FESTO S. LAURENTII.

EX CæLIs DIVIne IgnIs sVbMIssVs In oras !
Te VIbrat In MVtas nVnC DeVS aXe pLagas.

DECAS PRIMA ANAGRAMMATUM IMMACULATÆ CONCEPTIONI B. V. MARIÆ METRO CONTEXTORUM.

Programma.

Beata viscera Mariæ Virginis quæ portaverunt æterni Patris Filium et beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum.

Numerus Elementorum.

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
11	4	3	3	1	8	1	1	1	11	2	5	5	2	2	2	10	4	10	12

Summa, 102.

Anagrammata.*

I.

Æternæ normæ fulgor, sine labe MARIA
At miti terris in partu spemque *decusque*
Tutatur. Vitæ cara uva, hinc vivat ab *imbri.*

II.

Æternæ formæ mater, pulcherrima Diva,
Is citra maculam Virgo bene tuta, Parensque,
Quæ tutè in briris nutu tutario ab ira.

* All the anagrams contain allusions to certain titles of the Virgin mentioned in the Fathers or elsewhere—*e.g.*:

I. S. Maria est Decus eximium orbis.
S. Bonav., in Psalt. min.
Imber vitæ nostræ.
Pet. Chrysologus, Serm. 143.
III. Maria omnis miseriæ expultrix.
Hesych, orat. 1, De Deipare.
V. Turtur munda. *Ibid*, orat. 8, " "

III.

Humanæ (absque nota triste, seu labe Virago)
Ærumnæ finem præbe pia, caraque Mater ;
Virtute in tritu, cum ritu lucida resta.

IV.

Æternæ virtutis Amor ! sic integra Mater
Atque citra labis nævum pulcherrima viæ,
Et quà munda, unā tu fibris otia præbe.

V.

Alvô Parthenâ genuisti Numen Amica
Pura citra labem. Tu, tu rarissima Mater,
Cui tædæ æternæ, fibrisque ô *Turtur* ubique.

VI.

Pulchra ut Luna, notæ tritæ abducta ruinæ,
Mater pura nites, ærumnâ emersa sequaci,
Famam egisti Orbi Virbii virtute. . .

VII.

Ne maculæ est atomus pulcherrima Virgo minutus
In te : tenuit uti Marianâ quisque diætâ.
Puræ cura fibræ . . . errabit ab arte ?

VIII.

In te né maculæ minimæ quoque sepia durat
Virgo pura. Tibi Terræ bene laurea tuta
Risit, circa fusum tritâ munus ab æthra.

IX.

Pura DEI Mater, quæ gratia munere comi
Partheniis labris, ut cæli fusior imber.
Currit itu ? at nutu vena æque manat ab æstu.

X.

Mater *uti sol electa* es ; tibi fungitur uni,
Ærumnæ, turbæ, curæ sine nube MARIA :
Pura quoque es, primâ Charitum ditata tiarâ.

DECAS II.

Anagrammata.

I.

Originalis nec fuit labes tibi,
Beata Mater. Quæ Parens Magni Dei
Ut niteat est par, quæ ruat væ Turrium,
O Curiæ ! huc murmura.

II.

Labes in ortu neû minima primùm tibi
Nocuit MARIA. Gratiæ æternæ fibris
Latuêre. Quare chara tutaque sta super
Væ ductu.

III.

Quam gratiosum Lilium, tenui neque
Ictu petitum, Numinis cari Parens !
Beata terræ brachia, disertæ tuæ
Turbæ aura, favor !

IV.

Domus Tonantis pura, labe tu cares
MARIA. Bene te habitat genita Sapientia,
Quæ murmur viæ Cælituum fert. Vir Viri
Quæ! cur?

V.

O Munde pure (bene Tonans istic latet)
MARIA! firmè jungitur puræ tibi,
Qui te creavit. Æthra, qua Caræ suæ
Lusum arma vibrat.

VI.

Maria maculæ terreæ tractu carens,
Fons puritatis, gratiæque piæ jubar!
Aquam inde ritè musteo nutu bibam
Thuri vel uni.

VII.

Permundum speculum, bene virginitate coruscâ
(Næ fronte est rarâ, qui vult astare) MARIA
Vitæ, quà vitæ miti bibitæ, Arrha ⏑ – –

VIII.*

Apotheca grata, jure *medicinis tumet*
MARIA pura, nil tenet re—barbari,
Quæ tuta curæ sumit æternæ bona,
† Quum Filius virus.

* Maria Apotheca Christi Medici.
RICHARDUS À S. LAURENT, l. 10.

† Quum pro cum.

IX.*

Rarus Aquæductus tu pura liquore MARIA.
Æternæ bibitu bona, sumite germina vitæ ;
Hic sata re purè, nè carè, flumina mittit.

X.

Es gratiarum flumen ; irroras aquâ
Humum MARIA, pura ei. Cunctæ tuis
Terræ talentis victitant ; æque puer
Bibit inde ab ævo.

DECAS III.

Anagrammata.

I.†

En flos vepre caret, vepreti gratia nostri,
Mater Diva ; jubar manat sibi, balsama currunt
Huc, - - quæ munitæ vim, quærite, vitæ.

II.‡

Tu tenebris nunquam, at semper tu luce vigebas,
Cor cæli, o *nubes*, vi firma MARIA, *diei*,
Arrhâ quâ tritæ tutantur præmia vitæ.

* Maria aquæductus plenitudinem fontis ipsius de corde Patris excipiens.
S. Bernardus, *Serm. de Nativ. B. V.*

† Comp. Flos de spinis spina carens
Flos spineti gloria.
Adam St. Victor.

‡ Maria nubes diei, nunquam in tenebris, semper in luce.
S. Hieron. : in Psal. lxxvii.

III.

Es faustæ mentis centrum, immaculata Virago,
In te mens trahitur, rapitur quoque cælite nuptu ;
Abbrevia rabidæ jura iræ !

IV.*

Trima mihi Mater niteas, *nubecula pura*,
Grataque, *quæ fertur* sævi *e salsedine Ponti.*
Cura bonæ vitæ, mî currat mutua Tibri

V.†

Cæli fenestra, quâ DEUS terræ rotat
Jubar, absque labe Mater ! ignis vi tui
Mihi pura tactu præmia æternùm rota !
Uni Unicum !

VI.

Omni absque nævo Mater, est meridies.
Illic beata quies ! beatæ gratiæ !
Hic pura rurant fata ; præcurrunt viâ
Tutum in Virum.

VII.

Mundi columna ! tu plagas ambi sacre,
Et Christianum fortiter sinum bea ;
Tu trita (vitæ quà viæ æternæ) para
Ruri, è re ubique.

* Maria nubecula parva, quasi vestigium hominis, dulcis et pura, de mari salsissimo.
JOAN. HIEROSOL., *De Instit. Monach.* c. 32.

† Maria fenestra cæli, per quam DEUS verum fudit seculis lumen.
S. FULGENT., *Serm. de laud. B.V.*

VIII.*

Trunco rorati purissima *Virgula fumi*,
Absque atræ maculæ spirat vibice, MARIA,
Quæ bene tuta hæret, duranti nemine tutè.

IX.

Lætitiæ alacris Organum, Mater DEI
Pura absque nævo ! Fac meæ menti thema ;
Canit beatè ; pruriunt ruri tui,
Quibus ⌣ - jus rurat.

X.

O Finis iræ, publicè læsi DEI,
Gemmata Trima, nectarea purè, Nurus !
Unà, trahatur terminus metri tibi,
Quæquæ tuâ ab acu tûor.

DECAS IV.

Anagrammatum.

Sanctis adversus Pestem Patronis sacrorum, versu elaboratum.

Oratio.

A cultoribus & Sodalibus Marianis recitanda, pro perseverantia in cultu DEI et Beatissimæ MARIÆ impetranda.

* Maria virgula fumi.
Idiota, part xiv. c. 56.

Programma.

Oremus.

Deus qui nos sub alis Sanctissimæ Matris Filij tui constitutos ad bravium supernæ vocationis accendis, pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis, quâ in te, et in servitio ejusdem Sanctissimæ Virginis MARIÆ perseveremus, infunde, ut à protectionis vestræ muniti præsidiis, quod te, Domine, donante promisimus, impleamus, & nostri propositi executores effecti, ad ea quæ perseverantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per JESVM Christum Dominum nostrum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Probatio.

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x
28	9	6	16	14	48	5	5	1	66	7	26	33	25	16	5	33	51	43	45	1

Summa = 492.

Anagramma I.

[Sanctissimæ DEI Genetrici MARIÆ, in saxea Statua effigiatæ, Plsnæ in Basilica S. Bartholomæi Apostoli, miraculis claræ, hoc anno in Colosso recenter ex voto in medio foro sumptuosè exaltatæ, voturum.]

Effigiata nites e saxo Virgo Parensque :
Inde tamen Charitum melque, favumque pluis
Ad nostras nec dura preces stas ; imo precatu
Flecteris, in cunctum cerea Virgo sonum.
Quod petimus, semper blando, tu corde procuras,
Fers inter patulum mater amica sinum.
Puniceæ nitidæque rosæ tibi in ore repostæ,
Circum te, per te corda modesta cient :
Persistas nostræ solamen nobile stirpè !
In te, sis usu Virgo benigna, piis !

Insidit mitis tibi miti tessera; sensus
Assiduus mentis non nisi mitis inest.
Æternæ servus (dum vivit) præmia vitæ
Sumit, sit mitis non nisi vita sibi,
O Divum motu, sit divo vivere portu.

ANAGRAMMA II.

Eidem Divæ Plsnensi ex voto tectum.

Sat ergo Plsnæ saxea
Usu tuo notaris
Maria ; constans cerea,
Tutus favus probaris ;
In corde miti, gaudium,
In aure miti mustum,
In mente tutum nuntium,
In fronte semi-festum.
In ore Nomen insitum
Desidit in liquorem,
Ipsi palato deditum
Secedit in saporem.
Istius una vocula
In nectaris nitorem
Tendit ; sonora gemmula
Nitescit in lepôrem.
Subsistis in suspiriis,
Quisquis pium Capessis
Motum MARIÆ Virginis,
Tibi decus facessis.
Prædestinari proditur.
Qui pergit huic studere,
Cultum fovere nititur,
Et cæteros docere.
O si beatæ copiæ
Usus, tuæque præbitæ
DEI Parens pateres
Nobis ! Seni micares.

ORATIO AD B. V. M.

Programma.

Oremus.

Beatæ & gloriosæ, semperque Virginis MARIÆ, quæsumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam per ducat æternam. Per Dominum nostrum JESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritûs Sancti DEUS per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Computus Literarum.

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
14	7	1	7	5	22	1	5	1	24	5	18	13	13	6	3	17	19	20	25

= 226.

Anagramma.

Beatissimæ Virgini Plsnensi submissè substratum.

Salve Magistra mentium
  Semper nitens corona :
O mira ! Scutum Gentium,
  Somnusque mortis horâ.
Vitæ supremæ tempore,
  Dum vita deliquescet.
Lusus fatiscet corpore,
  Lumen tuum nitescet
Nobis cupitæ gloriæ
  Miri toni susurrent,
Qui mira dignæ Regiæ
  Odæa vivùm adaptent,
    JESVS MARIA.

De S. Bartholomæo Apostolo Plsnæ Patrono.

Programma.

Sancte Bartholomæe, Christi Apostole, Indorum Doctor egregie, nostris clamoribus aurem appone, ut tuo ad Dominum sustentati juvamine, tui Concives mereamur adesse. Intercede pro nobis ad Dominum, gloriose Patrone.

Ora pro nobis, Sancte Bartholomæe Apostole,
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Protege, Domine, famulos tuos & Apostoli tui Bartholomæi patrocinio confidentes, perpetua defensione conserva. Per Dominum nostrum JESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti DEUS, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Anagramma I.

Urbis Plsnensis Patronus Apostole, Dive
Bartholomæe audis, magnum referendo decorem.
Affectûs in te Plsnensis nobile signum,
Sacra Ædes, pretio testatur Principe facta
Omnes se jungunt in te; te lumine motô,
Sacrô amni loti, miti ratione salutant,
Hi cursu vitæ cohonestant, teque coronant,
Post vitam, circum te fuso corpore sparsi,
In Domino somnô sopiti, murmura sparsa,
E resono lituo sumpturi dulciter aure.
Horum tu redhibe summè tibi nomina fida.
O desiderio vivorum, hîc detege cornu
Copiæ, & omne tibi substratum protege vulgus,
Imo piô modô ama, cælô ô mi Dive micare !

Anagramma II.

De Veteri et minori Insigni Regiæ Plsnensis urbis, anno 1680 ab authore compositum.

O prIMæVô aCtV tIDa VrbI Vrbs PLsna qVIrInæ !
Fert Insigne tuum claves; stat poste retectô
Porta ; manu labara ostendens (stat)bina, Virago
Duplice, & Armigeri palmâ, Jovis emicat Ales ;
Vertagus hic hilaris : gibbo hic horrente Camelus.
Hæc Scuto sociata uni, pulcherrima formant
Omina ; juge decus Plsnensi prominet Urbi,
Tutò Romanè dum nititur esse fidelis,
Unô Cæsareè notô connititur usu
O mirô Sors comè novô deprompta decore !
E Mundo lato, propè toto, ô conditus Ordo !
Momentis nitidis immensum se efferet ipse ;
Æternô summum summo permuniet omen
In Divis divè posito votô ⌣ ⌣ – –

Computus Literarum.

A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
30	5	7	18	14	46	6	6	6	48	12	29	31	46	16	1	33	36	39	39

Summa = 473.

[There is a good full-page engraving of the heraldic arms of Plsna.]

ANTIPHONA

De S. Wenceslao Martyre, Duce, et Patrono Bohemiæ.

Programma.

Corde & linguâ rogamus te, Sancte Wenceslaë, memento plebis Catholicæ. Præses, miles Wenceslaus, Dux Boemicæ Gentis ; fide firmus, & sincerus, consoltor & Adjutor, mucrone fossus, pro quo tulit præmium : memento plebis Catholicæ.

Ora pro nobis, Beate Wenceslaë,
Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

DEUS, qui Beatum Wenceslaum per Martyrij palmam à terreno Principatu ad cælestem gloriam transtulisti, ejus precibus nos ab omni adversitate custodi, & ejusdem tribue gaudere Consortio. Per Dominum nostrum JESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti DEUS per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Anagramma I.

Ad S. Wenceslaum Martyrem & Ducem Bohemiæ.

Wenceslaë tue Probitas in corde quievit,
Et crescente sacro Clementia pectore crevit
In charos (quêis nîl magis est tibi dulce) Boëmos.
Clementes oculos mî Wenceslaë reflecte
Huc, miti diffunde tuo solatia vultu,
Ac procul a nobis disturbia bellica pelle.
Wenceslaë tuæ Gentis miserere Boëmæ ;
Et miserere tuæ quondam Dux inclyte Plsnæ.
Wenceslaë tuæ substrata Insignia, Pompæ
Cordatum Dominum, & stringunt, & cuncta ministrant ;
Te minimus, medius, summus summo hamat amore
Ordo, ambit, memorat, describit, pingit, adorat.
Fratris ferrô insons fossus, pia Gemma, ruisti,
Vivo Gemma usu. Propriæ si prospicis oræ,
Mirum ! vivis humi vere purô usu—purus.

[N.B.—Last line spondaic.]

Anagramma II.

Honori S. Wenceslai Sacrum.

Wencesilaë, nubili
Depulsio, fons jubili !
Id mente quando denoto,
Tuti serenus jubilo

Sol nube spissè mergeris ;
  Tum Matre tetrâ promeris :
  Sol hîc agis lucescere,
  Detectus illucescere
Ut cera castus flecteris
  Multâ notâ distingueris,
  Orationis lumine
  Micas, precumque germine
Wencesilaë dotibus
  Summis avitè moribus
  Summè notaris floridus,
  Sceptroque tulè proximus.
Wencesilaë Principum
  Imago, culmen, ectypum,
  Tutum thronum Boëmiæ
  Adis theatrum gloriæ.
Wencisilaë propria
  Orchestra Fratris barbara
  Truci neci te destinat
  Funus manus sic prænotat.
Sit summa, summè congrua
  Pompæ beatæ copia
  DEO ; favor vitæ intimæ
  Mundo sit uni commodæ.

PROBATIO.

A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t
33	8	10	26	13	59	6	7	4	54	19	34	29	33	15	3	36	46	42

u	w	x	y	
46	4	1	1	= SUMMA 537.

ORATIO DE S. SEBASTIANO GLORIOSO MARTYRE ATQUE CONTRA PESTEM PATRONO.

Programma.

Oremus.

Præsta quæsumus, omnipotens DEUS ut intercedente Beato Sebastiano Martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Anagramma.

S. Sebastiano voturum.
O purpuratus splendor invictæ Manûs
Sebastiane ! Martyrum magnum jubar !
O sterne pestem ! semen absterre, obtere
Tacitum veneni ! At redde pro terris bonam
Nunc æquitatem siderum. Hoc scutô tuô
Immo, ociosi sint, DEI nutu, tui !

Probatio.

a	æ	b	c	d	e	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	y
12	2	5	6	5	21	1	1	15	1	13	14	12	5	1	15	14	19	18	1

ORATIO AD S. ROCHUM CONFESSOREM.

Programma.

Oremus.

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in Basti Rochi Confessoris tui memoriam deferimus, ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus qui tibi placuit, precibus adjuvemur, & ab omni peste liberemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Anagramma.

S. Rocho ex voto præsentatum.
Sub patrocinum nos, Rochę Beate, solutis
Affectûs pedibus currimus usque tuum.
Nos tibi submissos admitte Patrone Clientes ;
Suscipe clamorem, fide Patrone pium,
Quem nitidæ mentis numeri rimantur ab ore.
Vovi. I, Dive hortos (nomina mira) subi ;
Hi miri qui – ᴗ midæ.

Probatio.

a	æ	b	c	d	e	f	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	
11	2	7	7	6	19	3	3	29	3	16	12	14	6	3	14	19	15	21	=212.

HYMNUS DE S. ROSALIA VIRGINE.

Programma.

Ave Rosa sine spina
Contra pestem medicina
Rosalia Dux inclyta
Recens a mundo cognita.
Exemplum secuta Christi
Mundum relinquens sprevisti,
Quidquid Pater offerebat,
Quidquid Aula promittebat.
Ad montana procurristi,
Specum ferro pertudisti,
Monitorem ut haberes
Propositi, quem videres.
Modum novum ostenderunt
Angeli, te docuerunt
Quo DEO preces solveres,
Rosas fragrantes mitteres.

Antrum cælum habuisti
In quo Christum conspexisti,
Apostolis comitatum,
Angelis, Matre, stipatum.
Ab hoc corona donata
Ad nuptias invitata
Terras libens reliquisti,
Cælum felix introisti,
Tua sacra post hæc ossa,
Nulla unquam texit fossa,
Sed rupes aquam jugiter,
Stillans, occlusit fortiter.
Post tot sæcla revelata,
In Patronam Orbi data
Contra pestem : nobis fave,
Dum tibi sonamus Ave.
Laus, honor sit Majestati,
Uni, trinæ Deitati,
Rosaliam exaltanti,
Pestem per eam sedanti.
Ascendat odor Rosæ hujus in conspectu DEI
Et placetur via Altissimi.

Oremus.

Deus, qui corpus Famulæ tuæ Rosaliæ Virginis post tot sæcula inter montes inventum, contra sævientem pestilentiam sacrum amuletum Fidelibus tuis esse voluisti : præsta supplicibus tuis, ut, qui ejus commemoratione lætamur, ejus quoque intervenientibus meritis, à præsentibus periculis, & à malo pestilentiæ liberemur. Per Dominum nostrum JESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti DEUS per omnia sæcula sæculorum. Amen.

—

Probatio.

a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t
95	17	14	40	29	107	11	7	9	123	42	63	68	68	36	15	76	104	114

u	x	y	
108	6	1	Summa = 1170.

Anagramma.

S. Rosaliæ Virgini in epidemica lue Patronæ votivum.

Nostræ Partheniæ Rosa mira, Rosalia, terræ,
Inter serpentem Sancta Patrona luem !
Pascor odore tuo, pascuntur cætera turba ;
Ex te his mille fluunt balsama, mille favi.
Devotæ mentes circum te castra coronant ;
Intus trita specus dulcia tecta polit.
Hîc habitare placet ; tritis tua pharmaca morbis
Acceptare placet : tuta stat inde salus.
Latè pulsa procul cedat contagio victa,
Abscedantque luis mæsta venena procul.
Omnia pelle procul mala discruciantia corpus :
Invehe jam nostræ commoda prima plagæ,
Ut roseis bigis revehantur dextera terris
Sæcula : quidquid obest, absit ab Orbe procul.
A nobis averte DEI, quam sorpsimus, iram,
Atque DEUM nobis conciliare stude.
Flagitiis rhomphæam in nos vi strinximus acrem,
Quâ quoque quisque, ob opus grande, petendus erat.
Propitium summum Numen tu perfice terris ;
Strictæ justitiæ sit procul inde rigor.
In te spes latè tota est, fiducia nostra
In te omni pendent mens animusque statu.
Siderei mundi Rosa mitè, Rosalia splendens
Ac fulgens radios in sola nostra rotes !

Mirifici memores æternum sensa favoris
    Menti imponemus, mitia dona sinûs.
Præfixo ex tituli infiniti fine, tenellos
    Intuitus xeniis mitè perorno tuos,
Insolitique styli studium Patrona politum
    Mel quoque quod sisto, mitè ministro tibi.
Sum tutus, sum securus, sum munere divo
    Immotus, te sum, te miserante tuus.
Dum vivo lætè tutus sim tramite vitæ,
    In sensu vitæ sim, ô mea Diva tuus
Vivus, vile statu munus!

[Summa 1170].

DECAS SACRORUM ANAGRAMMATUM È SACRIS PROGRAMMATIS

utpote

Sacris Hymnis, Textibusque Sacris, Metrico Labore concinnatorum.

[Vetero-Pragæ: Typis Georgii Czernoch. 1672.]

Numerus exactus literarum

Quæ seu in subjecto Programmate, seu in Anagrammate (quo majus hactenus in lucem non prodivit) neque plures, neque pauciores reperiuntur.

389	56	33	186	158	492	52	72	21	429	156	263	269	187	2	116
A	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	œ	p

53	301	332	366	404	21	1	2	Summa = 4419.
q	r	s	t	u	x	y	z	

ORATIO ECCLESIÆ.

Pro Augustissimo Imperatore Leopoldo I.

Programma.

Deus regnorum omnium, et Christiani maximè Protector Imperii, da servo tuo Imperatori nostro LEOPOLDO, triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut, qui tuâ institutione est Princeps, tuo sit semper munere potens. Per Dominum nostrum JESVM Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Anagramma Cæsareum

Ad invictissimum Cæsarem Leopoldum I. cujus lemma : Consilio, et Industriâ.

SVnt LeopoLDe tIbI, fIXè arMa VIrentIa LaVro StrICto eX IVre, arMIs LaVrea DIgna tVIs.

Nomen Te primum ; Sors Te LEOPOLDE secundum ;
Invictum ; pompæ pietate, togâque sagóque
Eximium fecit ; Te dextrum *Industria* monstrat ;
Consilium promit charum, unà strenua Virtus
Spectatum terris Te Principe sistit in Ostro.
Unio ô *Imperii*, Lumen terrestris honoris !
O *Invicte* ictu *Cæsar* ! Tu (terra veretur
Imperii vultum Tui) opimum lumen in hostem
Unus des ævo !

In utroque par Elementorum numerus

11	3	10	5	31	1	2	3	34	6	22	18	20	12	2	24	21	32	33	2
a	æ	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x

Summa = 292.

Anagramma Dominicum
ad Imperatorem Leopoldum I.
Directum.

SI DeVs pro IMperatore sIt, fILIVs InIqVItatIs frVstra apponet nolere eI.

Programma.

Oratia Dominica. Matt. vi. 9. Luc. xi. 2.

Anagramma.

Mundi Majestas, Orbisque ô nobile Sidus !
O Juris sublime decus, permagna venustas !
O CÆSAR LEOPOLDE ! Tuis tremor hostibus instat,
Tutator Tua Serta, Tuam defendito terram.
Annuit intentum concinno stamine cælum :
Stat DEUS intentus (nonne intima meta Tibimet ?)
Concinno qui ritè indit bona dedita fini.

Computus elementorum.

19	2	6	7	10	23	2	1	1	29	5	13	26	17	2	2	11	20	30	19
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u

Summa = 247.

Anagrammatica tria Mariana come next, and complete the Decas. The author here tries his hand on the favourite six words of the Angelic Salutation to Mary, and produces three hexameters.

Programma.

Ave MARIA gratiâ plena Dominus tecum.

ANAGRAMMATA.

1. O Eva indemnis, gratè pura, immaculata!
2. In te nec macula est Adam, mî pura Virago!
3. Prima auge *Cano Mater Divina salutem

Two Chronograms enclose the above, viz.:—

AVe RegIna propItIa; aVe pVra DeIpara; AVe RegIna CaLorVM.
and
VaLe o DeCora! et pro nobIs In terrIs hærentIbVs IesVM eXora.

A.M.D.G. Finis.

In 1672 Laurentius Baptista published an appendix to the "Decas Sacrorum Anagrammatum" addressed to the chief citizens of Prague, containing four pages and the following anagram on the Lord's Prayer.

PROGRAMMA.

Pater noster &c. . . . a malo. Amen.

ANAGRAMMA.

[Allocutio ad Neo-Pragam.]

ALtIor aDVersVs SVeCos NEO-PRAGA trIVMpha!
In bello natam, ornatam munimine Martis,
Virtutem ostentas, bene quam notet Orbis uterque
O animi Urbs nunc invicti! Tot dona nitescunt
Inde tibi: noscet totus tua lumina Mundus,
Ætas intendet tibi dictas amodo dotes,
Indiciis lætis in fines deferet omnes.

COMPUTUS LITERARUM.

19	2	6	7	10	23	2	1	1	29	5	13	26	17	2	2	11	20	30	19
a	æ	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u

= 247.

* Authori 55 annorum.

PRAYERS WHILE SAYING MASS,

AND

SOME OTHER PRAYERS TURNED INTO PURE ANAGRAMS.

PRAYERS WHILE SAYING MASS,

AND

SOME OTHER PRAYERS TURNED INTO PURE ANAGRAMS.

Programmata.

Si anté sacrum judicaveris confessarium non esse accedendum, tamen confessionem sequentem quotidie Deo facere non intermitte.

Programma.

Confiteor Deo omnipotenti, uni & trino, omnia peccata mea quęcumque feci ab infantia meâusque nunc sciens, aut ignorans, & quę in hac die ac nocte dormiens aut vigilans, in verbis, factis cogitationibus, aut per jacula diaboli, aut per desiderium carnis meę adversus suam sanctissimam voluntatem commisi.

Sunt utrobique.

Anagrammata.

Confessio Generalis propriæ exinanitatis & indigentiæ a Sacerdote ante Missam facienda.

Anagramma.

Ecce accedo (non in meâ, sed in tuâ confidens voluntate) ad Sacramentum Corporis ac Sanguinis Filii tui, ęquè egenus ac nudus, succurre ergo inopię, meamque operi nuditatem: tibi Sacrificabo Hostiam vivam, Sanctam, ac Immaculatam, pro tot, tantisque iniquitatibus, meis nam infiniti esse valoris abunde teneo.

Edem & numero litteræ.

Programmata.

Gregorius XIII. Pontifex Maximus concessit cuilibet Sacerdoti dicenti quæ sequuntur, peculiarem Indulgentiam.

Programma.

Ego volo modò celebrare Missam & conficere verum Corpus & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, juxtà ritum Sanctę Romanę Ecclesię, ad laudem omnipotentis Dei, totiusque curię triumphantis, ad utililitatem meam, totiusque curię militantis pro omnibus qui sese commendaverunt orationibus meis in genere & in specie, & pro fęlicissimo statu Sanctę Romanę Ecclesię. Amen.

Utrobique sunt.

Anagrammata.

Consideratio Sancti Augustini de dignitate Sacerdotali.

Anagramma.

Sacerdos volens, sine lite & crimine, conficere Sacrum, ei oportet orationi, vacare, dein sic in se cogitet attentè: si in initio anima justi templum sit Dei? multo magis templum Dei nunc esse debeo mundum & immaculatum. Si sepulchrum ejus gloriosum in quo jacet Corpus exanime imò certé eô puriorâ, Sanctioraque debent esse membra quę a morte veniens Christus, toties informat.

Eedem elementa.

Programmata.

Programma.

Gaudium cum pace, emendationem vitę spatium verę pęnitentię, gratiam & consolationem solius Sancti Spiritus, ac perseverantiam in bonis operibus, tribuar nobis omnipotens & misericorde Dominus, Deus unus & trinus. Amen.

Ex *Offic. Eccles. de Von. Sacram.*

Programma.

O Sacrum convivium in quo Christus sumitur, & recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratiâ & futurę Glorię nobis pignus datur. Alleluia.

Anagrammata.

Anagramma.

Procido anté te gravissima scelerum non tantum meorum, veriús omnium, onustus sarcinâ. Piissime Domine, parce pęnitentibus, aut non obsistas precibus publici mediatoris a te instituti, amore tuo veniam petentis, né deneges.

Anagramma.

Si quis vult gustare summè bonum a se? prępáratur in illo rituali Sacramento. Fit ergo Illustrissimum de vivo Christi Corpore & Sanguine, convivium.

Programmata.

Oblatio.

Ex *Miss. Rom.*

Programma.

Suscipe, Sancte Pater omnipotens ęterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo

& vero, pro innumerabilibus peccatis, & offensionibus, & negligentiis meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis: ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam ęternam. Amen.

Anagrammata.

Forma Rectæ Intentionis.

Domine Jesu Christe in unione illius perfectissimę intentionis, cum quâ te ipsum nobis in cęna magnâ dedisti, & pro omnibus hominibus semel in arâ crucis gemens obtulisti : tibi offero hoc meum ingenuum Sacrificium, tantâ puritate, profundâ humilitate, fide submissâ, eo affectu, gustu, quibus Mater tua, Apostoli, & omnes pii Sacerdotes ad salutem sępe obtulerunt.

Programmata.

Ex *Miss. Rom.*

Programma.

In Spiritu humilitatis, & in animo veré contrito suscipiamur a te. Domine: & sic fiat Sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie : ut placeat tibi Domine Deus meus. Veni Sanctificator, omnipotens ęterne Deus : & benedic hoc Sacrificium tuo Sancto nomini prępáratum.

Anagrammata.

Pœnitui ut potui, nunc ut valeo pęnitet peccasse nimis in vita: vidisti & tacuisti : nunc obsecro, condona reo. Refręna in venis, & in membris meis tot carnis stimulos puritati inimicos, & dona mihi perpetuam castitatem, ut hoç Sacrificium mundo corde hôc die offeram.

PROGRAMMATA.

Ex *Miss. Rom.*

PROGRAMMA.

Orate, Fratres : ut meum ac vestrum Sacrificium, acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Suscipiar Dominus Sacrificium de manibus suis ad Laudem Dei, & Gloriam nominis sui, ad utilitarem quoque nostram, totiusque Ecclesię, suę Sanctę. Amen.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Quis peccator pollutus Sacrificium illud celebrare audebit, ni Deus offerentem faciat accessu suo dignum ? ideo justo pavore tantum pertimescit anima mea Misterium ; quia immunda est, nec immundum admittit tua Majestas, quâ nec major esse potest.

PROGRAMMATA.

PRÆFATIO.

Ex *Miss. Rom.*

PROGRAMMA.

Verè dignum & justum est, equum & salutare nos tibi semper, & ubique gratias agere : Domine Sancte Pater omnipotens, ęterne Deus : Per Christum Dominum nostum. Per quem Majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt potestates cęli cęlorumque Virtutes ac beata Seraphim, sociâ exultatione concelebrant. Cum quibus, & nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth.

ANAGRAMMATA.

Ex S. Thom. Aquin. & S. Joan. Chrisost., hom. 60. ad popul. Antioch.

Anagramma.

Lauda Sion Salvatorem, Lauda ducem & Pastorem, in himnis & canticis. Docti Sacris institutis, panem, vinum, in salutis consecramus Hostiam, Caro cibus, Sanguis potus; manet tamen Christus totus sub utraque specie. Fidei labora. Quot nunc dicunt vellem eum aspicere? quot ejus statum detegere? ossa, membra tangere plus concedit. Prębet se non tantum tangere, sed totum edere, bibere, atque in te sumere Quantum pores, tantum aude. Oro, perpende attente amoris excessum.

Programmata.

Aspirationes

Seu magnę reverentię, & intimę
pietatis affectus.

Programmata.

I.

O! Amantissime Jesu, da mihi continui tui amoris incendium; trahe me ad te, ut curram in odorem unguentorum tuorum.

II.

Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum, aperiatur terra & ore germinet Salvatorem.

III.

Fecisti nos, Domine Jesu, ad te, semper inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

IV.

Quid est ergo homo quod memores ejus, aut Filius hominis quia visitas eum, Domine?

V.

Rea sua delicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce servo tuo.

VI.

Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende.

CANON MISSÆ.

ANAGRAMMATA.

PIA DESIDERIA.

Donec post recessum ab altari percepto S. Eucharistiæ Sacramento, aut Missæ Sacrificio peractô, in quiete prolixius ores.

ANAGRAMMATA.

I.

Ignosce modo mihi, veni in me, Jesu, da ut omnis creatura tandem mihi tędio sit, nam nunc uror amore virtutem tuarum.

II.

Illa sum terra, terra verè molesta, optatus veni, en te prȩsente irrigata, producet verbum.

III.

En attenté peto, vt memor mei, erectô sensu rectifices quidquid inordinatum esse noscis.

IV.

In assiduis quoque de eo quęsitis gusto hodiè lesum amatorem Filiorum hominum.

V.

Da intelligere te sub alienâ specie occultatum, qui es admirabili modô seu situ in Sacramentô.

VI.

Adest Deus sinceré ; recipiens Filium prodigum in lętitia suâ, & in me cor novum creat.

Programmata.

Programma.

Te igitur clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices te rogamus ac petimus, uti accepta habeas, & benedicas. Hęc dona, hęc munera, hęc Sancta Sacrificia illibata. In primis quę tibi offerimus pro Ecclesiâ tuâ Sanctâ Catholicâ : quam pacificare, & custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum : unâ cum famulo tuo Papâ nostro, & Antistite nostro, & omnibus orthodoxis, atque Catholicę & Apostolicę fidei cultoribus. Summe.

Anagrammata.

Anagramma.

Summe Sacerdos & Pontifex Jesu Christe, qui te Hostiam puram, ac imma, culatam in arâ Crucis pro nobis peccatoribus Deo Patri obtulisti : Rogo per hanc ineffabilem charitatem quâ nos indignos a peccatis in Sanguine tuo lavasti ; doceas me eheu ! debilem, quem ad Officium Sacerdotale ac celeste elegisti, devotione, honore, puritate perfectâ tantum Misterium vt oportet tractare. Hâc horâ sic vbertim me sanctifica, vt coram cunctis populis virtutibus illustrer.

PROGRAMMATA.

Commemoratio pro vivis.

PROGRAMMA.

Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus : vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus : pro redemptione animarum suarum, prospe saluti & incolumitatis suę tibique reddunt vota sua ęterno Deo vivo & vero.

ANAGRAMMATA.

Praxis plurimorum doctorum interquos Baronii S. R. E. Cardinalis.

ANAGRAMMA.

O! Deus Bone, qui pios amas, sub cujus nutu vitę nostrę momenta quęquę currunt, offero tibi modò Sacrificium redemptionis: offerendo quoque illud, firmiter intendo implere pręceptum sumendi Sacrum meę Peregrinationis Viaticum : quia si famulum tuum subitô motû, aut horâ notarâ, mortis debitum subire volueris, votô immutatô, saluus fiat.

PROGRAMMATA.

Infra actionem.

PROGRAMMA.

Communicantes, & memoriam venerantes : in primis gloriosę semper Virginis Marię, genitricis Dei & Domini nostri Jesu Christi Sed & Beatorum Apostolorum ac Martirum tuorum, & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis, precibusque concedas, vt in omnibus protectionis tuę muniamur auxilio.

Anagrammata.

Anagramma.

Remove a me vetitum erroris spiritum, purga cor meum vanum, imò terrestre, ab immundis & noxiis cogitationibus. Cor novum mihi concede, vt Mistam nunc mundô corde possim celebrare. Quis Ministrorum in altiori justitię virtute non contremiscet proprer nimiam Majestatem quâ Gloriosus venis.

Programmata.

Super oblata.

Programma.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrę sed & cunctę familię tuę quęlumus Domine, vt placatus accipias : diesq́ue nostros in tuâ pace disponas, atque ab eternâ damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numeràri.

Programma.

Quam oblationem tu Deus in omnibus, quę sumus; Benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: vt nobis Corpus, & Sanguis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi.

Anagrammata.

Monitum Apostolicum.

Anagramma.

Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat: si quis ergo accipit indignè, sententiam suę damnationis ęternę accipit. Qui ergo fames ? virtute ornatus, vanarumq́ue curarum non trusus onere, at folutus venias.

Anagramma.

Descendat quoque ubertim super hanc oblationem, quam tibi summô. Consecrabimus affectû, integra tue Benedictionis plenitudo. Immo circa illam fragrantissimi tui Spiritus Dei invisibilis adsit Majestas.

Programmata.

Consecratio.

Forma Consecrationis speciei Panis.

Programma.

Dominus Jesus, qui est Filius Dei : pridiè quam pateretur : accepit Panem in Sanctas ac venerabiles manus suas : & elevatis oculis in cęlum ad te Deum Patrem suum omnipotentem : tibi gratias agens : benedixit, ac fregit, deditq́ue discipulis suis dicens : accipite & manducate ex hoc omnes. Hoc est enim Corpus meum.

Anagrammata.

Exhortatio ad dignè & corde purô accedendum ad Sacrificium Misse perficiendum cum Beatis in ęternâ vitâ.

Anagramma.

Time tepide, aude tu appetens digné ad istud vitę Sacramentum accedere : sed primò expurga vetus fermentum. Id enim palam exigit, qui in te manens, sese dat tibi in cibum in vili specie Panis. Tu qui cuncta scis & vales, qui nos pascis hîc mortales, tuos ibi commensales, cohęredes and Sodales, fac Sanctorum civium.

PROGRAMMATA.

Formæ Consecrationis speciei Vini.

PROGRAMMA.

Dominus noster Jesus Christus, simili modo postquam cœnatum est : accipiens & hunc prę̨clarum Calicem in Sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, benedixit, deditque discipulis suis, dicens, Accipite & bibite ex eo omnes. Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi & ę̨terni Testamenti : Misterium Fidei : qui pro vobis & promultis effundetur in remissionem peccatorem.

ANAGRAMMATA.

Transubstantiatio speciei Vini, in Sanguinem Christi.

ANAGRAMMA.

In nomine totius Ecclesię, & in Persona Christi, speciem Vini effeci in Missâ proprium & subsistentem ejus Sanguinem. Credas & gusta, at quis credat? fides se satis expendit gentibus illud sic esse. Sicciné tu Deus excelsus, tantus, tanti existimas hominem, vilem, peccatorem? quid retribuam Domino pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.

PROGRAMMATA.

Actâ Consecratione. Prosecutio.

PROGRAMMA.

Unde & memores Domine, nos servitui, sed & plebs tua Sancta, ejusdem Christi filii tui Domini nostri, tam beatę passionis, necnon & ab inferis Resurrectionis, sed & in cęlos gloriosę Ascensionis : offerimus prę̨clarę Majestati tuę de tuis donis ac datis, Hostiam puram, Hostiam Sanctam, Hostiam immaculatam, Panem Sanctum vitę ęternę, & Calicem salutis perpetuę.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Benedicta sis amabilissima, Sanctissima, potentissima, una & indivisa Trinitas immortalis unus Deus de sumis benefactis & tuis donis mihi collatis: fecisti me de Pane & Vino ad altare allatis, hodiè Corpus & Sanguinem Christi (te Teste) posse tutò Consecrare, & ad honorem tuum, necnon in remissionem peccatorum meorum sępè pręclarę Majestati tuę offerre.

PROGRAMMATA.

PROGRAMMA.

Supra quę propitio ac sereno vultu respicere digneris: & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justi Abel, & Sacrificium Patriarchę nostri Abrahę: & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech, Sanctum Sacrificium, immaculatam Hostiam.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Vermis terrę, erectâ cervice fraudatus peccavi! tu Christe in spiritu humilitatis sub hâc tutâ, & ratâ Hostiâ publicè assumptâ immolatus es: teque ab hominibus peccatoribus edendum prębes. Errata quę in hôc Sacrificiô, meâ culpâ, commisi, tu mihi indulgeas, & corrigas, nec perdas.

PROGRAMMATA.

PROGRAMMA.

Supplices te rogamus omnipotens Deus: jube hęc perferri per manus Sancti Angeli tui in sublime altare tuum in conspectu Divinę Majestatis tuę. Vt quot quot ex hâc altaris participatione, Sacro Sanctum Filii tui corpus & Sanguinem sumpserimus, omni benedictione cęlesti, & gratiâ, repleamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Anagrammata.

Anagramma.

Omnipotens sempiterne mundi Creator, maximas tibi ago gratias propter Sanctam pretiosi Corporis & Sanguinis Christi refectionem, quà in hâc Missâ nutritus adsum. Prębe mihi supplice voce per filium tuum petenti, vt ad tuum cęleste convivium mundatus pervenire valeam, vtque in ęternum cum Angelis ac omnibus Sanctis Lętus te collaudem.

Programmata.

Commemoratio pro defunctis.

Programma.

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum: & qui nos pręcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, Locum refrigerii, lucis, & pacis, vt indulgeas, deprecamur.

Anagrammata.

Memento mortuorum.

Anagramma.

Rogo te, Summe omnium Domine, pro parentibus meis, & amicis defunctis. Fac illis medelam pęnarum suarum, sursumque splendidum de Corpore & Sanguine Christi quę jam confeci, convivium : ut ab is, tot quot sint glorificeris in ęternum.

Programmata.

Programma.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis Sanctis Apostolis & Martiribus, & omnibus Sanctis tuis. Intrà quorum nos consortium, non estimator meriti, sed venię, quęsumus, Largitor admitte. Per Christum Dominum nostrum.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Coram te,& Sanctis Angelis tuis (ô! pręstantissima Bonitas) prostratus, & territus, super placatum altare tuum meipsum cum omnibus tibi obtuli, vt tot quot, intus forisq́ue quis insanus commisit, igne tuę Charitatis comburas : imò dona quę in delinquendo amisi, redde, misericorditer me in numerum ministrorum tuorum assumendo.

PROGRAMMATA.

PROGRAMMA.

Perquem hęc omnia Domine, semper bona creas, Sanctificas, vivificas, benedicis, & pręstas nobis, per ipsum, & cum ipso, & in ipso : est tibi Deo Patri omnipotenti : iu unitate Spiritus Sancti omnis honor & Gloria per omnia sęcula sęculorum. Amen.

PROGRAMMA.

Oremus. Pręceptis salutaribus moniti, & divina institutione formati, audemus dicere.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Deus optime, qui oblata a nobis peccatoribus munera accepisti, nos homines affirmans omnes pauperes, immò vitiis mancipatos noscis, nec despicis : sed ponis in salute pęnitentiam. Vnicé precor, vt ritè & purè, Gloriâ & honore tibi ministrem.

ANAGRAMMA.

Audacter proferam : Pater noster de cęlo, in me vivit totus: nam ibi in se vivit ditissimus.

Programmata.

Hîc pete quod necessarium tibi videtur suggerit ipsemet Dominus Jesus quid petere debeas in Mathai cap. 6.

Programma.

Pater noster qui es in cęlis.

1. Sanctificetur nomen tuum.
2. Adveniat regnum tuum.
3. Fiat voluntas tua sicut in cęlo, & in terra.
4. Panem nostrum quotidianum da obis hodiè.
5. Et dimitte nobis debite nostra sicut & nos dimittimus debioribus nostris.
6. Et ne nos inducas in tentationem.
7. Sed libera nos a malo. Amen.

Anagrammata.

Totidem sunt petitiones ex Anagrammate depromptę.

Anagramma.

Totus nunc in te totô pręsens, nosti necessitates.

1. Da, si tibi libet, in mundo te sequi.
2. Imò nullô instanti separari.
3. Da nostros carnales motus vincere.
4. Nunquam imbribus gratię destitui.
5. Necnon voluntati tuę mandanti omnimodè submitti.
6. Da mihi morte bonâ secutâ, te Deo frui.
7. Da Defunctis vitam ęternam.

Programmata.

Programma.

Libera nos, quęsumus Domine, ab omnibus malis, pręteritis, pręsentibus, & futuris : & intercedente beatâ & Gloriosâ semper Virgine Deigenitrice

Mariâ, cum Beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea & omnibus Sanctis : da propitius pacem in diebus nostris : vt ope misericordię tuę adjuti, & a peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

ANAGRAMMATA.

Ex Liturgia S. Basilii Magni.

ANAGRAMMA.

Me, meaque omnia tibi rerum Deo vivo ęque voveo. Doce me pro benefactis tuis datis & dandis dignè tibi gratias agere. Munda me ab omni lapsu vitę, seu iniquitate carnis & Spiritus, & deleas: vt in testimonium puritatis conscientię meę. Sancto Corpori & Sanguini Christi jam perfecte sim unitus, illustre sim per illum Spiritus Sancti templum, vt cum semel ad Tribunal tuum, Deus noster, cum omnibus Sacerdotibus apparebo, ęternotum bonorum piè & justè tibi servientibus pręparatorum, particeps esse merear.

PROGRAMMATA.

PROGRAMMA.

Pax Domini sit semper vobiscum.

Hęc commixtio & consecratio Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam ęternam. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Statim venias o Deus ! ac statum meum conducas : quę poscis, fac tibi possim pręstare, & cuncta munia tanti ministerii digna implere. Hîc scio me ex nihilo eripi, & ex crebro Domini consortio omnibus bonis insigniri.

Programmata.

Programma.

Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis : ne respicias peccata mea, sed fidem totius Ecclesię tuę : eamque secundum voluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris. Qui vivis & regnas Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

Anagrammata.

Ex *Himno Offic. de V. Sacram.*

Anagramma.

Dedit fragilibus Corporis ferculum, dedit & tristibus Sanguinis poculum, dicens, Accipite quod trado vasçulum, omnes ex eo sumite. Siccine, o ! Christe Jesu, vt in me placidè maneas, & vivas, etiam a me in eâ specie alienâ sumi mandas ? ecce usque quo amore, eôque perpetuô, me amas.

Programmata.

Programma.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto per mortem tuam mundum vivificasti : libera me per hoc Sacrosanctum Corpus & Sanguinem tuum, ab omnibus iniquitatibus meis & universis malis : & fac me tuis semper inhęrere mandatis, & a te nunquam separari permittas.

Anagrammata.

Ex Thoma a Kempis, *De Imat. Christi.*

Anagramma.

Me territum adjuva omnipotens Deus, qui vermis sum : de terrâ minimus, sublimissimum sacerdotale Officium Suscepi : vt in omni puritate ac conscientiâ bonâ tibi ministrare attentus valeam. Si in tantâ hujus vitę puritate, vix possim manere : tu mihi pręsta, peccata quę gessi, nunc abhorrere prompteque flere.

Programmata.

Programma.

Perceptio Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indignus sumere prę̨sumo, non mihi proveniat in judicium & condemnationem: sed pro tuâ pietate prosit mihi ad tutamentum mentis & Corporis, & ad medelam percipiendam.

Anagrammata.

Anagramma.

Corpus tuum, Domine, quod mihi Minori, pauperi, & indigno donô sumere prę̨cepisti, adhę̨reat animę̨ meę̨,. & prę̨sta vt post receptionem dignissimi Hospitis, Viator Sanctior incedam, pę̨nitendo de multitudine peccatorum meorum.

Programmata.

Sumpto Corpore & Sanguine Christi sub suâ quâque specie, sequitur.

Programma.

Quod ore sumpsimus, Domine, purâ mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Corpus tuum, Domine, quod sumpsi, & Sanguis quem potavi, adhę̨reat visceribus meis & prę̨sta; vt in me remaneat ulla scelerum macula: quem pura & Sancta refecerunt Sacramenta. Qui vivis & regnas in sę̨cula sę̨culorum. Amen.

Anagrammata.

Ex D. Bonaventurâ.

Anagramma.

Da quidquid nimis arduum respicitur, ipsum facere. Non amplius terrena, ast Deum vivum quę̨rere, inventum amare, amato adhę̨rere. Nunc vre, nunc transfige medullas animę̨ meę̨, langueat amore tui, voluptatis torrentem sitiat: panemque cę̨lorum concupiscat: sis semper spes mea, cibus potusque meus, oblectamentum meum, possessio mea.

Programmata.

Programma.

Placeat tibi Sancta Trinitas obsequium servitutis meę, & pręsta : vt Sacrificium quod oculis tuę Majestatis indignus ego obtuli, sit tibi acceptabile mihiq̃ue, & omnibus, pro quibis illud obtuli, sit te miserante propitiabile.

Anagrammata.

Ad Deum Patrem vt recipere dignetur gratiarum actiones Christi mistę vices agentis.

Anagramma.

Ille qui in me vivit, absorbeat quidquid terrestre, & vanum est. Hic in me vices pii amici obeat, & tibi de tali cibo ac potu (si tibi libet) gratias agat : sic potest, & solus potest, pro tantis bonis, quibus nimis fui per illum cumulatus.

Programmata.

Aspirationes.

Que exercitium nobilissimarum virtutum continent, vt Deo placeat hoc Sacrificium, & prosit animeę tuę.

Programmata.

I.

Doleo ex intimo corde meo quod offenderim te ; quia dilexisti me plusquam te, O ! Deus meus.

II.

Credo in Te Deum fide vivâ, O ! ęterna veritas ; quia ipse es Deus & homo, Dominus & Salvator meus.

III.

Spero in te, Domine, O ! unica spes, & vera salus animę meę.

IV.

Amo te super omnia, ex toto corde meo, utinam etiam absorbeat me ardentissima vis àmoris tui : ita vt nunquam in hâc vitâ separer a te. Hoc unum cupio super terram.

V.

Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.

VI.

O! eterna veritas & vera charitas, & chara eternitas, tu es Deus meus : da quod jubes & jube quod vis.

Anagrammata.

Exercitia.

Gratitudinis, diffidentię proprię, fidei, charitatis, & confidentię divinę, vtpotè Christus Pastor, medela, & esca animarum nostrarum.

Anagrammata.

I.

Ex quo meus es Domine, exulto quidem donis, at mei diffido, pręstatque velle Deo commori.

II.

Christe in me es, non solum fide, vivâ sed reipsâ met Adoro te vera deitas, quâ sum & vivo.

III.

O! Jesu, unà spes animę meę, medela, portio, esca nutriens.

IV.

Pastor bone, scrutator intus cordium hominum, à bonâ viâ diu erraveram & perieram; en tu quęstisti ovem tuam amatam, & ex te ipso in hoc Sacramento pavisti eam.

V.

Tu bone erga me, Domine, dabis in munus tuum Castitatem, dein terra donum sustentans, cibum meum.

VI.

Ubi amor charitásve ades, ibi quoque Deus totus sedet, & adhuc ęterna veritas seu vera ęternitas.

Programmata.

Ex *Officio Eccles. de V. Sacram.*

Programma.

O quam suavis est, Domine, Spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane verè suavissimo de cęlô pręstito, esurientes reples bonis, fast idiosos divites dimittens inanes. Alleluia.

Anagrammata.

Anagramma.

De teipso redamatos nutris fideles, fisque ipsis de Pane & Vino vilissimis esca salutis, ipsos laudamus devotos ; sed sine errore dico : Sumunt boni, sumunt mali, forte tamen inęquali, vitę vel interitus.

Programmata.

Programma.

Domine Jesu Christe, per piissimam passionem ac mortem Sanctam tuam attentius te rogo : vt digneris, de meritis tuis, omnes gratias & indulgentias, quas mediante hôc Sacrificio, vel communione acquirere proposui : tam mihi quam aliis, sive vivis, sive defunctis concedere. Saltem quibus eas applicare decrevi, & pro quibus tu scis, & tu vis, me debere nunc perorare. Amen.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Ecce jam quoties respiro, toties meam voluntatem in gratiarum actionibus in infinitum multiplico. Universasque creaturas deprecor vt pro me pares devotissimè tibi gratias reddant pro hôc beneficio : quia cum reverà sis purissimus, & ego peccator sim vilissimus (quis me talem esse nesciat ?) ad me tamen sępissime, & adhuc in hâc die venire non dedignatus es.

PROGRAMMATA.

De Beata Virgine Maria.

PROGRAMMA.

Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum : benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Jesus. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in horâ mortis nostrę. Amen.

De sub.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

De substantiâ tuâ mundâ, Maria, serviente verbo, Christo Corpus & Sanguinem mundum ministrasti. Fac servulo tuo de tali cibo Sancto, in tempore pręsenti cibari, ac in ęternum ab eâ escâ nutriri.

PROGRAMMATA.

De Angelo custode.

PROGRAMMA.

O ! Angele custos, qui in admirabili speculo lucidissimę deitatis, Pręvidisti omnia pericula mea, etiam lapsus, & occasiones ejus, adesto : pręcor precibus meis, & dirige me in viam perfectam : vt non doleas unquam de totâ curâ mei : sed gaudeas, & ego tecum in ęternum.

Anagrammata.

Anagramma.

Audite, Angelici Spiritus, qui Deum carne indutum in pręsepe cognovistis, & adorastis: orare pro me, vt & ego (lego a Deô Latâ) voci divinę simplicissimè obediam: ac Dei Majestatem in speciebus Sacramenti collectam seu velatam, profundissime cernuusque adorem.

Programmata.

De Sanctissimo Joseph Virginis Marię sponso, & pueri Jesu Patre nutritiô.

Programma.

Ave Dilecte Joseph cęlitum decus, ęquè ac hominum lumen, cujus nutui obedit & tremit inferorum turba: vitę humanę exclude tentationes: penitentiam vivam, & charitatem latam mihi obtine.

Post mortem reliquos mors pia consecrat, Palmamque emeritos Gloria luscipit: Tu vivens, superis par, frueris Deo, mira sorte beatior.

Anagrammata.

Anagramma.

Sancte Joseph, qui in sponsum Marię Deiparę, & in nutritium Christi Jesu a Deo delectus, Sponsę tuę sedulam curam, & obsequium, ac filio tuo putatitio omnem cultum, & honorem pręstitisti: ora pro me, vt & ego utrique famulari valeam, & pręsertim Christo in Venerabili Sacramentô, debitum cultum, ac reverentiam exhibeam.

Programmata.

De Sancto Benedicto Monachorum Patre & exemplo.

Programma.

Vota mea, accipe Deus: quascumque culpas vt animę meę Hostes vereor, avelle mala, & charitatem augeas. Protegat nos Domine, cum tui perceptione Sacramenti Sanctus Benedictus Abbas pro nobis intercedendo: vt & conversationis experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Sancte Benedicte Abbas, vitâ & regulâ Monachorum insignis Pater, qui cibo potuque cęlesti a Deo sępé refectus pravas concupiscentias, & desideria mala superasti : ora pro me, vt & ego etiam sępius sacrô Eucharistię Sacramentô nutritus, omnes animę meę inimicos funditus nunc expugnare valeam.

+
I H S.

PROGRAMMATA.

De Sancto Bernardo Doctore Mariano.

PROGRAMMA.

Sanctus Bernardus amore castissimo Marię Matri Jesu intime addictus erat, Deo & hominibus maximè dilectus, in conspectu Regum & Pontificum honorificatus, zelo plenus & fide, prodigiosa sanè fecit : monstra placavit, risit tiranni minas, crebrosque destruxit errores, & magnas vicit hęreses.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Sancte Bernarde, qui fide & zelo succensus, schismaticum & pertinacem Ducem * Dexterâ non ferrô, sed Sacrâ dominici Corporis Hostiâ armatus expugnasti : ora pro me, vt & ego fortis in fide illius Sacramenti, diabolo, & ministris ejus, veritatam hujus misterii impugnantibus constanter resistam.

PROGRAMMATA.

De sancto Patre Francisco pauperum Patriarchâ.

PROGRAMMA.

Deus, qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis fętu novę prolis amplificas : tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, & cęlestium

* Gulielmum ducem Aquitaniæ. In *Vit. S. Bern.*

donotum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sęcula sęculorum. Amen.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Sancte Francisce, qui conscius de puritate ad Sacerdotium ręquistâ, ab illo nimiô munere pręreverentiâ abstinuisti : ora pro me, vt & ego illud munus tam sublime condignè existimem ; Sacrificium meum vivificum semper utiliter pro me, & pro cunctis populis, mundatus pręsentem. En Christus fiet animę meę via, veritas, & vita.

PROGRAMMATA.

Invocatio omnium spirituum celestium & omnium Sanctorum, partâ Victoriâ in curiâ supernâ triumphantium.

PROGRAMMA.

Vos Beati Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus & potestates, virtutes cęlorum, Cherubim, atque Seraphim, Patriarchę, & Prophetę, Sancti legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Martires, Sancti Confessores, & Virgines Domini, Anachoritę, Sanctique omnes, intercedite pro nobis.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Omnes Sancti, & Sanctę, crudelia (teste Christo) & ea lęti perpessi, nunc in cęlo : preserrim vos Patroni mei ; adorate Magistrum, atque Authorem omnis Sanctitatis, qui hospes habitat in corde fragili. Hîc obtinete mihi precor ; vobis perenniter congregari. Hôc Sacrô dónó nihil pręstantius, esse potest.

Programmata.

Admonitio Gravissima Concilii Tridentini.
Sess. 22 de Missâ.

Programma.

Si necessario fatemur, nullum aliud opus adeo Sanctum ac Divinum a Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum misterium, quo vivifica illa Hostia, quâ Deo Patri reconciliati sumus, in altari per Sacerdotes quot diè immolatur; satis etiam apparet, omnem opram & diligentiam in eo ponendam esse, vt quantâ maximâ fieri potest, interiori cordis munditiâ & puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur.

Anagrammata.

Consideratio Cardin. Bellarmini.
Con. 9. dom. 4. advent.

Anagramma.

Hoc maximè deplorandum est videre Sacerdotem divina peragentem misteria, Angelorum choris undiquè stipatum, qui ad tota ea, quę facit, attoniti stupent, & ipse Sacerdos in medio positus, quasi stipudus vix attendit quid faciat. Glamamus, imò juramus in eo propitio altaris Sacrificio Christum verè presentem esse, & ita pręcipitat ad finem, quasi ab aliis a loco amoveri premeretur. Plurimi verò illa majora convitia, vt minora nil ęstimant.

Programmata.

Programma.

Oremus. Actiones nostras, quęsumus Domine, aspirando pręveni, & adjuvando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te cepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Programma.

Regi sęculorum immortali & invisibili soli Deo honor & Gloria in sęcula sęculorum. Amen.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

Suscipe otiosi opus parvum, frequenter eô utere : hoc Sacramentum sępè percipiendo. Aude quęso : nam cor nutrit, vires animi reparat, in attritis errata condonat, dat opem omnes tentationum motus superandi.

ANAGRAMMA.

De hôc unô minimô Laboritio ullam Gloriam sumere solo ; illa scitur esse Regis verè invicti.

PROGRAMMATA.

ULTIMUM.

PROGRAMMA.

Tandem ad Deum finalis peroratio, Benedicat nos omnipotens Deus Pater, & Filius & Spiritus Sanctus: Amen.

ANAGRAMMATA.

ANAGRAMMA.

VALEDICUM.

Discedens nunc a mensâ Dei optatâ id attentè pro futurô perpendas velim. Mora est malis, & vita bonis.

FINIS.

From a MSS. of 430 pages preserved in the Library of the Seminary at Bruges, entitled :

LITANIÆ LAURETANA S.S. NOMINIS JESU ET DIVI BOMARDI.

The author was Luc De Vriese, a Flemish Poet, 1640—1723.

After the Litanies came the following:—

ORATIA. ANAGR. ITA ORO.

PROGRAMMA.

Gratiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nuntiante Christi filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur.

ANAGRAMMA.

Tu miseris succurre Maria, Mater sanctissima ac intacta Domina, diu quietem dona piosque intus re robore fovens. Euge voca nos in regnum et Christum unigenitum tuum filium pro indignis interpella.

PROBATIO.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
12	1	7	4	15	2	4	1	21	3	11	14	9	3	2	12	12	12	17

SUMMA = 162.

PROGRAMMA.

Pater noster etc. . . . malo. Amen.

ANAGRAMMATA.

I.

Laudamus Te, Pater Creator, Fili Amator, Spiritus Sanctificator, beata Trinitas ostende nobis misericordiam tuam et salvi erimus: dimitte tot nostra debita, bone Deus, ut tuto vivamus in te numen. Memento nunc anhelantis Domine, quin mente benigne nitens salutis dono dita nos bonisque cunctos indue.

II.

O tota mente constans Deum fontem sitiens, diabolum non timebo qui tot notis donis invidet, quot ostendit et in nos instillat Deus.

Ave Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, and benedictus fructus ventris tui, IESVS. Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis nunc, & in hora mortis. Amen.

11

Probatio.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
19	6	7	10	25	2	1	1	29	5	13	26	19	2	2	11	20	30	19

Summa = 247.

Collecta. anag. Lac colet.

Programma.

Perfice quæsumus Domine pium in nobis sanctæ Religionis affectum, et ad obtinendam tuæ gratiæ largitatem Beatus Bernardus Abbas et Doctor egregius suis apud Te semper pro nobis meritis et precibus intercedat. Per Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Anagramma.

Bernarde, monstra Te tuis pium esse Patrem, cui Maria puram se ostendit Matrem. Gregem tuum, Pastor bone, defende, stirpem guberna, absterge facinora, corda Regum pietate bea Justitiam confer subditos [diu] debitis hic bonis muniens, qui pius Jesu collectaneus.

Probatio.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
17	8	7	8	28	3	5	1	21	2	13	11	10	7	1	16	18	18	16

Summa = 210.

Programma.

Deus qui gloriosissimum nomen Domini nostri IESV Christi filii tui fecisti fidelibus tuis summo suavitatis affectu amabile, at malignis spiritibus tremendum atque terribile, concede propitius, ut cujus sanctum Nomen rite veneramur in terris, ejus quoque aspectu perfruamur in cælis, gratiamque intra consequamur. Per eundem unigenitum Natum tuum Redemptorem nostrum. Qui tecum vivit et regnat per æterna sæculo sæculorum. Amen.

ANAGRAMMA.

Nunc tu mitis Iesu Fili Mariæ qui Mundi Tutor, qui menti innites timenti, Tu imminentes nunc mundi fucos dome, Tuque Dei verbum tum in quiete tum bonis cor effusum fove, ut sit finis his miseriis. Alma Redemptoris Mater quæ pervia Cæli Porta manes & Stella Maris succurre cadenti, Surgere qui curat populo, Tu quæ genuisti, Natura mirante, tuum Sanctum Genitorem. Virgo prius ac posterius Gabrielis ab ore Sumens illud Ave, peccatorum miserere.

PROBATIO.

a	b	c	d	e	f	g	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
24	4	13	7	43	6	5	45	9	26	23	15	8	7	27	27	32	44

SUMMA = 365.

ALITER:

PROGRAMMA.

Deus qui gloriosissimum Nomen Domini nostri Jesu Christi unigeniti filii tui fecisti fidelibus tuis summo suavitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile, concede propitius ut omnes qui hoc nomen IESV devote venerantur in terris, consolationis tuæ dulcedinem in præsenti percipiant & in futuro gaudium exultationis et interminabilis beatitudinis obtineant. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

PROBATIO (revised).

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x
27	7	11	9	37	6	4	2	56	12	16	29	18	5	3	16	27	30	30	1

SUMMA = 341.

ANAGRAMMA.

O clemens, o piè, o totius orbis Pater, o lumen qui Trinus regnas, Carolum Hispaniæ Regem multis donis et palmis solare, verâ luce fave, cum Ducibus omnibus Orthodoxis dirige; Inimici noti fel vi vincens; da ei in fide unanimitatem, in tribulationibus muni, cunctis afflictis solatium tribue, iniquitates averte—vitiis indulge favens servis Dei ne tentationes sentiant, quin mortui a Te beatitudinem recipiant.

Probatio Literarum.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u	x
22	7	11	10	40	6	4	2	58	12	18	30	19	7	3	18	28	32	32	1
			8	36				53		15	28	18	5		16	25	27	31	

= 360 / 330.

.·. Anagram is defective and wants 30 letters.

It can be corrected by omitting *propitius et tremendum* in programma and *vi* in anagramma ; also for *muni* in anagr. read *immunis sit, et inde.*

Programma.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare unitatem, quæsumus ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Amen.

Anagramma.

O mirabilis Trinitas, sancta Unitas mente veneramur Te, Fide glorificamus Te, o sempiterna Deitas, o Deus unus in substantia et trinus in Personis, da fidem tuis sedemque Dei. O Pie Jesu, qui famose enites, firma gratia præveni, immo et amore tui emenda me.

Probatio.

a	b	c	d	e	f	g	i	l	m	n	o	p	q	r	s	t	u
19	2	2	8	30	5	2	28	2	14	14	9	4	2	12	19	17	15

Summa = 204.

Programma.

Deus, qui ecclesiam tuam beati Francisci meritis fœtu novæ prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere et cælestium donorum semper participatione gaudere per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Anagramma.

Franciscc, Pastor populi Dei, divinæ legis amator, exaudi clamantes ad Te, luce et ope fove et muni bene : portum miseris, ac Jesu et Mariæ puritatem nobis immeritis procura, quia ecce in sæculo infælici mærentes oberramus.

Programma.

Sanctissimæ Genetricis tuæ Sponsi quæsumus, Domine, meritis et precibus adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet ejus nobis intercessione donetur. Amen.

Anagramma.

Bona merita Sponsi sanctæ Mariæ, Domine Jesu, nos juvent, mundantque a sceleribus nostris. Io sic regnum Dei Patris et Spiritus sancti dono, tuisque e votis obtinebimus.

Probatio.

Programma.

Infirmitatem nostram, quæsumus, Domine, propitius respice et mala omnia quæ justè meremur omnium sanctorum tuorum intercessione averte. Amen.

Anagramma.

Parce infirmis, Domine, cor omni spe muniens o summè nitens Amor! ut tot mala quæ commissimus quæ merentur et timent rei. Tu pure, suavi avertas amore.

